

Del C^o de la Corp^a de H^o Santa D^o
COMMENTARIOLI D. 13387

BRITAN-
NICAE DESCRIP-
TIONIS FRAGMENTUM.
TVM.

AUCTORE

*Humfredo Lhuyd, Denbyghienſe,
Cambro Britanno.*

Huius auctoris diligentiam & iudicium lectoſ
admirabitur.



COLONIAE AGRIPPINAE
Apud Ioannem Birckmannum.
M. D. LXXII.

Cum gratia & Privilegio Caes. Maieſt.

Del Cat. de la Comp. de H. S. Grande
COMMENTARIOLI D-13389

BRITAN
NICAE DESCR
PTIONIS FRAGMEN
TVM.

AUCTORE

*Humfredo Lhuyd, Denbyghienſe,
Cambro Britanno.*

Huius auctoris diligentiam & iudicium lector
admirabitur.



COLONIAE AGRIPPINAE
Apud Ioannem Birckmannum.
M. D. LXXII.

Cum gratia & Privilegio Caes. Maieſt.

ORNATIS. VIRO ATQVE

AB OMNIBVS MATHESIM CO.

lentibus optimè merito, Abraha.

mo Ortelio Antuer.

piano.



HARIS. Orteli, eo die
quo è Londino discedere
coactus sum, tuam accepti
Asiæ descriptionē: & pri-
usquam domum meā ac-
cesseram, incidi in febrem periculosis.
quæ corpusculum hoc ita hijs cōtinuis
decē diebus laceravit, quòd de vita du-
bitare coactus sum. Sed spes mea Iesus
Christus reposita est in sinu meo. Sed
nec continuæ febris, cum duplici tertia-
na, assiduus rigor, nec mortis expecta-
tio, nec capitis sine intermissione inten-
sus dolor, mei Ortelij memoriã ex ob-
fuscatō cerebro delere potuit. Mitto
igitur tibi meam Cambriam, haud om-
nibus suis lineis decoratam, sed veraci-
ter depictam, modò cautelæ quædam
observentur, quas iam moribundus an-
notavi Angliam etiam, cum nomini-
bus Antiquioribus & modernis illustra-
tam, & aliã Angliam satis perfectè deli-

neatam accipies. Præterea fragmenta
quædam mea manu exarata: quæ omnia,
quamvis rudi manu exscripta, & haud
satis perfecta esse videntur, rationibus
tamen & auctoritatibus antiquorum
suffulta esse haud dubites. Et quæ etiam
(modo Deus vitam concessisset) me-
liori ordine, & suis numeris completa
recepisses. Accipe igitur ultimum tui
Humfredi mnemofinon, & longum va-
le, mi Orтели. Denbyghiaë Guyned-

hiæ five Northvalliæ.

30. Augusti,

1568.

*Tuus & vivens & moriens,
Humfredus Lhwyd.*

INDEX EORVM, QUAE IN

HOC LIBRO CONTINEN-

tur, secundum literarum

ordinem dige-

stus.

A.

A Estiones qui dicti.	43
Albania unde dicta.	41
Albania descriptio.	39
Albion unde nuncupata.	4
Amor Cambrorum erga patriam.	50
Anglorum agricola cur diuites: domini verò fundorum cur pauperes.	60
Animositas Cambrorum.	51
Antiqui Cambrorum mores.	50
Arsonia.	53
Arion maris ubi sepultus.	67
Attacotti Albania incolæ, & Scotici originis fuerunt.	38

B.

Bedfordienses.	21
Benbrochia.	64
Bodotua.	40
Bogvelthia.	68
Brechimia.	ibidem
Brechiniam quis primus Anglorum armis e- domuerit.	ibidem

A 3

Brennus

<i>Brennus cuius regis frater, cuiusq; filius.</i>	44
<i>Brennus mortem cur sibi ipsi consciverit.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Brenni milites qua usi lingua.</i>	45
<i>Brenni palatium ubi situm.</i>	59
<i>Brigantes nunquam in Scotia fuere.</i>	25
<i>Brigantū civitates quomodo appellantur.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Britanni quā sint bellicosi.</i>	69
<i>Britanni unde dicti.</i>	8
<i>Britanni quando suum Pascha celebrent.</i>	55
<i>Britannia divisio.</i>	8
<i>Britannie etymologia.</i>	7
<i>Britannia Minor.</i>	30
<i>Brustij crudelitas.</i>	68
<i>Brustij mors.</i>	<i>ibidem</i>
<i>Brynnerus à quo vocabulo dictus.</i>	46.
<i>Buchingamenses.</i>	21

C.

<i>Cadevenna.</i>	60
<i>Cambria unde nomen habeat.</i>	41
<i>Cambria descriptio.</i>	<i>ibidem</i>
<i>Cambria episcopi à quo episcopo cōfirmati.</i>	63
<i>Cambri Anglos politia vincunt.</i>	50
<i>Cambri Anglici iuris quando facti.</i>	48
<i>Cābri Anglorū fermè cur soli famuli.</i>	49
<i>Cambri qua lingua utantur.</i>	41
<i>Cambri silvestres urbem urbiumq; mores a- mare quando cœperint.</i>	49
<i>Cambrorum controversia.</i>	50
<i>Came-</i>	

<i>Camelodunum.</i>	18
<i>Cangorum civitas ubi sita, & quo tempore igne absumpta.</i>	54
<i>Caradoca urbis descriptio.</i>	28
<i>Castrum Leonis, vulgò Holt dictum, ubi situm.</i>	58
<i>Catguilia.</i>	65
<i>Ceretica descriptio.</i>	62
<i>Conovia à quo rege condita.</i>	53
<i>Cumbram olim qui habitaverint.</i>	26
<i>Cymbri.</i>	42

D.

<i>Danica sylva.</i>	61
<i>Dannij.</i>	26
<i>Debenharthia.</i>	61
<i>Debenharthia, cum fertilior & maior sit quàm Gwynedhia, cur tamen deterior.</i>	<i>ibidem</i>
<i>Demetia.</i>	63
<i>Deera olim Brigantia dicta.</i>	41
<i>Deruontani unde appellati.</i>	23
<i>Devani sive Cestrenses.</i>	<i>ibidem</i>
<i>Devanorum civitas quomodo olim à Latinis dicta.</i>	<i>ibidem</i>
<i>Diversi reguli diversarum partium Cambriae.</i>	52.
<i>Divisio Cambria in sex regiones.</i>	51
<i>Divisio Venodotie in quatuor regiones.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Dynbechia totius Norrwallie mercium.</i>	55.
<i>A 4 Dyn-</i>	

<i>Dynbechie descriptio.</i>	54
E.	
<i>Eboracenses.</i>	24
<i>Edenburgum Scotorum regia ubi sita, & à quo rege condita.</i>	40
<i>Elvelli.</i>	60
<i>Eubonia.</i>	41
<i>Ex civitate Legionum in Menoviam sedem archiepiscopalem quis transfulerit.</i>	63
F.	
<i>Familia Anglorum unde originē ducat.</i>	55
<i>Fastus cuiusdam monachi Augustinensis.</i>	58
<i>Fanum Paterni magni ubi situatum.</i>	62
<i>Flandri, è sedibus suis maris inundatione expulsi, quam sibi provinciam possidendam acceperint.</i>	47
<i>Flavia.</i>	30
G.	
<i>Gadini.</i>	59
<i>Gallie etymologia.</i>	46
<i>Gwynedbia fines suos quam diu tutata.</i>	48
<i>Gwynedbia reges unde dicti.</i>	52
H.	
<i>Hebrides.</i>	41
<i>Herefordia ubi situata.</i>	61
<i>Hibernenses postea Scoti dicti.</i>	37
<i>Hibernia.</i>	41
<i>Hop.</i>	59

Hunting-

<i>Huntingtonensis.</i>	21
I.	
<i>Iceni quam coluerint regionem.</i>	19
<i>Icenorum civitas quanam.</i>	ibidem
<i>Idioma lingue Britannicæ.</i>	3
<i>Insula circa Monam qua.</i>	53
<i>Iverniam Christiana fide quis imbuerit.</i>	63
<i>Iulius martyr ubi sepultus.</i>	67
K.	
<i>Kyntonia.</i>	60
L.	
<i>Lancastrenses antiquius Ordovici dicti.</i>	27
<i>Landonia.</i>	39
<i>Landonia à Pictis quomodo appellata.</i>	ibidem.
<i>Lanydlosia.</i>	60
<i>Lapis Marius ubi invenit.</i>	26
<i>Lascrivia Scotorum.</i>	36
<i>Latitudo Vallie.</i>	47
<i>Lhoëria unde nomen traxerit.</i>	41
<i>Legionum civitatis in VVenta sita descriptio.</i>	67
<i>Leicestrenses.</i>	21
<i>Lincolnienses.</i>	ibidem
<i>Literarum Britannicarum ordo, vis & pronuntiatio</i>	2
<i>Locus quis sit, in quo Ostorius pralio cum</i>	
A 5	CATA

INDEX.

<i>Carataco certavit.</i>	20.
<i>Locus ubi sit, in quo sub pedibus Deuvi terra mugiverit, & se in collem erexerit.</i>	62
<i>Longuendo Vallia.</i>	47.
<i>Lucopibia quomodo Britannis & Anglis di- cta, & ubi sita.</i>	26
<i>Lychfeldia.</i>	22

M.

<i>Meata.</i>	40
<i>Mailoria in quot partes dividebatur.</i>	57.
<i>Malvernia montes.</i>	61
<i>Mariduna.</i>	64
<i>Marius lapis à quo, & cur erectus.</i>	26
<i>Maxima Casariensis.</i>	30
<i>Mediterranei Scoti ubi habitent.</i>	40
<i>Mercionum in Anglia regnum unde nomen acceperit.</i>	27
<i>Meridionales unde oriundi.</i>	31
<i>Meridnia.</i>	53
<i>Mervinia portio.</i>	60
<i>Monasterium Banchoriensis quàm clarum numero monachorum, & à quo destructū.</i>	58
<i>Moravi ex qua gente initium sumpserint.</i>	40
<i>Morgania externorum iugum subire cur sit compulsa.</i>	65
<i>Morgania unde dicta.</i>	ibidem.

N.

<i>Netba.</i>	66
<i>Nomina</i>	

INDEX.

<i>Nomina Cymbrorum regum quanam.</i>	45
<i>Nordanhumbrorum regnum quomodo sit di- visum.</i>	24
<i>Nortavondunenses unde nuncupati.</i>	21

O.

<i>Orchades à quo inventa & domita.</i>	19.
<i>Orchades insula ubi sita.</i>	41.
<i>Origo excidij Cambrorum qua fuerit.</i>	48.
<i>Osvaldia.</i>	59
<i>Oxonienfes.</i>	20.

P.

<i>Parisi quibus proximi.</i>	20
<i>Picti à Kennetho quando deleti.</i>	32
<i>Pictorum quis primus Romanorum mentio- nem fecerit.</i>	37
<i>Povvifia.</i>	57
<i>Povvifia caput & regia quanam.</i>	79
<i>Preftenia.</i>	60
<i>Prydam.</i>	6

Q.

<i>Quanto in honore Ecclesia viriq; ecclesiastici olim apud Cambros fuerint.</i>	62
<i>Quinque Britannia provincie.</i>	30
<i>Quis primum Cambros Ecclesia Romana cõ- iunxerit.</i>	55

R.

<i>Radenoria.</i>	60
<i>Rex Offa ab estu Devano ad ostium Vage cur</i>	

INDEX.

cur fossam deduci fecerit. 42
Rex Powvise in terra viscera cur absorptus.
 57

S.

*Salopienses quibus proximi, & quenam eorum
 civitas.* 22
Schreusbury unde defluxerit. 22
*Scots humanis carnibus vesci quādo soliti fue-
 rint.* 36
*Scoti quo tempore regnum in Britannia con-
 stituerint.* 39
Scotia. 29
Scotia reges unde descenderint. *ibidem*
Scotorum amicitia cum Cambris 36
Selgevi & Otadeni. 26
*Septimum Angliæ regnum quomodo ab eis
 dictum, & in quot postea regna divisum.* 24
Staffordienfes. 22
Stradalin. 59

T.

Tama ubi nām se in Issidem exoneret. 21
Tamesis nomen unde coaluerit. *ibidem*
Thamasis. 17
Tegenia sive Igenia descriptio. 56
Tenbigia. 64
Terra Cambrica descriptio. 51
Togidnis. 54
*Trabernus Northwalliam quando modera-
 tus.*

INDDX.

tus. 29
Trinobantes Essexia habitatores. 17
*Trinovantum civitas à quo condita, & quo-
 modo nuncupata.* *ibidem*

V.

Valentia. 30
Vandagora 26
Venodotia. 52
Verolanum unde dicatur. 20
Victus Cambrorum. 50
Vigornia ubinām adificata. 22
Vitima Guynedbia pars quenām. 54
Vrbs Balduini sive Montgomerum. 60
VVallia. 46
*VVarovicenses ubi siti, & à quo rege eorum,
 civitas condita.* 21
*VVenta cui regioni proxima, & quomodo ap-
 pellata.* 66
VVorcestrenses. 22

Finis Indicis.

ERRATA IN FRAGMENTUM
historiæ Anglicæ
Lhuydi

A litera significat primum pagine latus.

B. alterum.

Pagina 1. b. versu 12. pro imo lege uno. pag. 2. a. versu. 25. pro subtilis lege sibilus. pag. 2. b. versu 19. pro offertur lege effertur. b. 3. Ián Tán. 25. Fon Fonn. 26. Rufavn Rufayn. 4. a. 21. rapibus rupibus. 5. a. 25. Equestris tionis, Equestris ordinis, & haud contemnendæ eruditionis. 6. b. 12. antiquitas. antiquitus. 7. a. 8. Britannique Britanniamque. 9. b. 17. Conanas Conanus. 10. a. 25. Principe principe. 11. a. 17. Cantianocum Cantianorum. 12. a. 4. Humbros Humbroq; 12. b. 16. selufas Flandriæ lecium faciunt selufas Flandriæ, lecium faciunt. 13. a. 4. Antonio Antonino. 13. Rofter Rotler. 24. Vagmacum Vagniaccum. 25. Durovernum Durolernum Durovernum, Durolernum. 13. b. 11. Andedrefvvald dicere Andedrefvvald dixere. 15. Andredecestro Andredecestre. 23. VValdem VValden. 14. a. 8. Neomagufn Neomaguin. 19. Segentium Segontium. 14. b. 21. domi no dominio. 15. a. 26. Augusta Augusta. 15. b. 12. nostratos nostrates. 16. a. 7. visum visuntur. 17. b. 25. commeata commeatu. 18. a. 2. esse omnibus esse, omnibus. 14. citabant & citabant, &. 19. Camudolon Camudolanum. 25. & vt. 18. b. 4. milites etiam milites, etiam. 7. ostiã Ostiam. 17. deditio. ne in deditioe, in. 20. Camudolan Camudolanum. 19. a. 14. Dioa Dion. 21. Orcadicos Orchadicos. 19. b. 6. Orcades Orchades. 14. Orcadum Orchardum. 20. b. 10. enaximum maximum. 21. b. 1.

usq;

usq; usque. 4. dicebatui dicebatur. 7. annotari annotavi. 9. Lercestrenses Leicestrenses. 22. b. 1. Tigornia Vigornia. 1. Brangonia latinis Brangonia, Latinis. 7. orientibus orientalibus. 23. a. 8. Lheon Lheon. 13. fuisse à fluvio fuisse, à fluvio. 23. b. 9. Mertias Mertios. 24. a. 5. Colcestre confundit Colcestre & VVyncestre confundit. 10. Nordam Nordan. 22. Brigán. dicebantur Brigãtes dicebantur. 23. Pceilius Petilius. 25. a. 16. Orcades Orchades. 22. , & Ebo & Olic. Ebo. 25. b. 4. Rippon & Olicana. Rippon; & Olicana. 26. a. 25. Luguballia Britã. Luguballia, Britan. 27. a. 3. Ne ultimo N. ultimo. litera enim n. ponitur heic ab autore pro ignoto nomine. 21. mens est meus est. 27. b. 11. Lancastres Lãcastrenses. 28. b. 26. Vari varijs. 29. a. 9. potuit audaster potuit, audaster. 30. b. 13. Orcades Orchades. 32. a. 14. in levissimum levissimum, deleta præpositione. 32. b. 11. hãc Caledoniã hunc in Caledoniã. 22. Orcadum Orchardum. 33. a. 7. Tacite Taciti. 34. b. 9. Philadolpnum Philadelphum. 15. cosmographicae cosmographico. 35. a. 5. suos suis. 36. b. 5. Stoicæ Scotticæ. 38. b. 9. Goethij. Boc. thij. 39. a. 11. remige Fethys remige Tethys. 40. a. 12. destruxisse distinxisse. 40. b. 18. Moraros. Moravos. 41. a. 7. Novveridh Morvveridh. 41. b. 5. sui antiquis. suis antiquis. 11. noro novo. 42. b. 9. Morimarufsum. i. a Morimarufsum a, delero. i. 43. a. 4. calibus calibus. 43. b. 3. Danium Daniam. 44. b. 4. modi modo. 48. a. 13. Fitzalnis Fitzalanis. 51. a. 7. cõflicta conflictu. 17. parcite parcere. 51. b. 1. eum cum. 54. a. 23. Iangenorum Ianganorum. 55. a. 7. Vnia Vina. 26. patra prata. 56. a. 17. Tengel Tegengel. 60. b. 15. Elveldi Elvelli. 62. b. 18. itur eccles. ituri ecclesiastici. 64. a. 4. omnes amnes. 65. b. 25. fecisset fecissent. 66. a. 21. urbs, Tafam-

ncm

hem urbs, super Taf amnem. 66. b. ii. fluit fuit,
20. codice codex. 67. b. 4. Hyogcosque HYpo-
geosque. 17. Striguha Strigulia. 68. a. 15,
cuius eius. 15. coiam coram.

71. a. 10 Imperitos im-
peritos.

(:)

BRITAN-

BRITAN- NICA E DESCRIP- TIONIS FRAGMENTUM.

TVM.

AVCTORE

*Humphredo Lhuyd Denbyghienſe Cambro-
britanno.*



VM nuper ad telitteras
dederim vir undecunque
doctissime, in quibusto-
tius Britannię geographi-
cam descriptionem nomi-
nibus antiquis. cum Romanis tum Bri-
tannicis decoratam, tibi etiam me post
paucos dies missurū esse affirmaverim:
qua in re cum necesse sit me ab opinio-
nibus doctissimorū virorum multū dis-
sentire, necessariū esse duxi, pauca prius
in medium adferre, quibus consilij mei
rationem omnibus explicatam esse ve-
lim, quibusque argumentis & testimo-
nijs clarissimorum hominum ductus
Regionum, Urbium, Fluminum, alio-

B

rum.

tumque locorum nomina, partim in-
mutanda, partim alijs locis (quam qui
ante me scripsere fecerunt) tribuenda
esse affirmaverim. Quam rem priusquã
aggrediar, pauca de lingua Britannicã
idiotismo; & literarum vi, & pronun-
ciandi in eadem modo, profari libet;
unde vera & totius Insulæ & multorum
locorum nomina facillè elucescent: cu-
ius lingue ignorantia viros etiam orna-
tissimos in tales perduxit angustias, ut
cum de imo errore sese explicare cona-
bantur, in plures ac multò crassiores in-
cidebant.

Litterarum igitur ordo & vis ita se
habet. A. B. D. E. H. L. M. N. O. P. R.
S. T. eandem habent pronunciationem
in Britannica lingua atque in Latina
fere è enuntiata. C. verò & G. eandem
habent vim & energiam præpositi om-
nibus vocalibus, quam habet ante A. &
O. in lingua Latina. C H. χ. chi Græci
naturam induit, nihilque habet commu-
ne cum Gallica aut Anglica eiusdè
aspirationis pronunciatione, sed guttu-
re in Cheth Hebraica effertur. DD. du-
plicata

plicata ut vulgò à nostratibus scribitur,
aut à doctorib. cū aspiratione, hunc in
modū DH. aut quod mihi magis ad bre-
vitate. n arridet, cū puncto inferius no-
tato D profertur ut δελτα Græcū, aut ut
Daleth Hebraica nō dageffata F. pro V.
consonās nobis est ut Lhanfair, legitur
Lhanvair, nam V semper vocalis est. Pro
F. Latino PH. aut duplici FF utimur. I.
vocalis nobis semper est, ut Græcis: &
sonū habet I. Italici: vel potius eo modo
pronunciatur ut Barbari sacerdotes o-
lim E. proferebant. Litterã etiam nobis
habemus peculiarẽ, quam vulgares LL.
duplici, doctiores verò LH. aut l. cum
puncto supposito (quod cōcinnius est)
pingunt. Noui Hispanos duplex LL. in
usu habere, & Germanos LH. ut in no-
mine Lhudovici & Lhotharij Imperato-
rū apud Panviniū habet, sed neutra ha-
rū nostrã refert, crediderim tamẽ Mexi-
canos Novi orbis incolas hãc habere lit-
terã quã Hispani p ll. scribunt, sed q̃a in-
ter hos nunq̃ versatus sum utrum verum
sit an non dubito, nostra verò subtilis
est asper. Littera L. cū aspiratione forti
B 2 lingua

lingua dentibus semiclausis fortiter ad-
 mota, & labijs immotis prolata, cuius
 pronuntiatio nisi longo usu non disci-
 tur. V. littera vocalis semper vim habet,
 & ferè eandem habet prolationem, quàm
 V. Gallicum aut Kibutz Hebraicum,
 pro V. consonanti simplici F. utimur.
 Præter quinque vocales Latinis usita-
 tas, duas alias (Græcos hac in re imitan-
 tes) in usu habemus: prima duplici V. à
 vulgaribus vel simplici cum puncto sup-
 posito ab eruditis pingitur, sonumque
 habet non multum diversum ab V. La-
 tino, vel quod clarius est, eodem modo
 pronúciatur, quo simplices olim O.
 Latinum falsò efferebant. Ultima & vo-
 calium & litterarum venit Y. nobis ex-
 cutièda, difficilis pronuntiati, aliquan-
 tis per ypsilon ut ab Oxoinensibus of-
 fertur similis Q. X. & Z. ad nostras di-
 ctiones scribèdas haud necessariæ sunt,
 pro K. verò ut antea dixi C. utimur. Di-
 pthongos etiam multas habemus, in
 quibus utraque vocalis etiam si tres sint
 (vt sæpè contigit) aut plenum aut par-
 tem aliquam sui soni servat.

Ijs de

Ijs de litterarum numero & natura
 prælibatis, ad peculiare linguæ idioma
 deveniamus, ubi notandum est, quod
 quemadmodum Græca & Latina lin-
 gua suas habent in finibus dictionum
 variationes, & casus, ita hæc contrariò
 modo in initio vocabulorum mutatio-
 nem litterarum patitur, ob quam diuer-
 sitatem evenit, quod eruditissimi ob lin-
 guæ ignorantiam in nominibus Provin-
 ciarum & Regionum, aliarumque re-
 rum, mirum in modum hallucinan-
 tur. Breuiter igitur hanc linguæ diale-
 ctum ita perstringamus.

Omnis dictio Britannica cuius pri-
 ma radicalis sit P. T. vel C. tres habent
 in contextu sermonis ad cacophoniam
 evitandam, variationes: ita quod P. ra-
 dicalis aliquando vertatur in B. in PH.
 & in MH. T. in D. in TH. & in NH. C.
 verò in G. CH. & in NGH. ut in his
 exemplis patet. Caput nostra lingua Pén
 dicitur: ex capite, o ben: vel caput eius
 scilicet masculi, ben: cū capite, à phen:
 vel caput eius scilicet feminæ, i phen:
 caput meum, Fymhen. V. detis hic mi-

B 3 ram

ram huius litteræ mutationem, cū uno loco pen, alio ben, tertio phen, ultimo mhen dicitur. Ita Ignis, Ián, Britannicè nominatur, ex igne, o dan: cum igne, à than meus ignis, fynhan. Haud dissimili modo C. mutatur, nam cum Amor, nobis Cariad fit: ex amore; o gariad: cum amore, a chariad: meus amor, fynghariad etiam sunt. B. præterea cum D. & G. radicales suas habent variationes, ut Bara, Panem significans: ex pane o fara, ubi F. V. consonantis vim habet: meus panis, fymara. Et quemadmodum B. in F. & M. Ita D. in D. aut DH. & N. mutatur, ut Duu Dei apud nostrates nomen, eodemque modo ut à Gallis (quamvis non iisdem scribatur characteribus) pronunciatur: ex Deo, o Duu: meus Deus, Fynun. G. verò primo in loco evanescit, secundo in NG. vertitur: ut Gur quod virum significat: ex viro, o ur, meus vir: Fyngur. Præter has, M. & RH. unicam habent mutationem: ut, l. yfur, Liber, ex libro, o lyfy. Mon, Mona: ex Mona, o Fó. Rhufayn, Roma: ex Roma, o Rufayn. Reliquæ aut nun:

nunquã radicales sunt, ut D. F. TH. L. R. aut non mutantur, ut PH. CH. N. & S.

Hoc autem fundamento (quod viros doctissimos torquebat) posito, ad geographicam Insulæ descriptionem deveniamus. Primoque omnium de nomine Insulæ, de quo diversi diversa scribunt pauca in medium adferemus. Aristoteles gravis author in Libro de Mundo, ad Alexandrum: duas maximas insulas in Oceano extra Herculis columnas supra Celtas sitas esse affirmat, quas Britannicas appellant: Albion, scilicet & Iernai, quod nomen Albionis & nostræ & Romanorum historię tanquam antiquissimum agnoscere videntur, utpote ab Albione Neptuni filio ibidem regnante sic appellata: circa Annum Mundi 2220. de quo alibi Deo favente latius dicitur. Quod verò aliqui eam ab albis rapibus sic vocatam affirmant, ridiculum est: mirorque viros alias perspicaces, in tanta luce conuiuissse, omniumque locorum & hominum nomina etymo-

logijs Latinis obfuscare : cum omnibus constat Latinos minimam Italiae partem tunc temporis possedisse: Apulos etiam & Calabros Græcam : Tuscos verò Etruscam linguam locutos: reliquamque ferè Italiae partem à Gallis possessam: unde nec Latini nominis nec lingue, apud finitimos cognitio aliqua: in quem errorem Robertus Cœnalis Gallus vir alioquin doctissimus, cum multis alijs incidit: dū conatur Regionum & Civitatum utriusque Britannie, insulanæ scilicet & cōtinentis nomina, etymologijs decorare Latinis: cum ipse author, sui immemor, alibi affirmat primum Romanorum Iulium Cæsarem, hanc Gallie partem, & nostram Britanniam conspexisse: & iisdem nominibus illa loca ante Romanorum nomen auditum, ab incolis vocitata fuisse. Unde ego nullius iuratus in verba magistri, sed rationem fidissimam sapientum ducem sequutus, affirmo etymologias & rationes antiquorum Britannie & eius partium nomina, non ex Græca aut Latina, sed ex antiquissima Britannorum lingua

lingua petendas esse. Nam quàm scèdè Latini nomina Regum & locorum omnium nationum, dum suæ lingue nitori studēt, corrumpere, omnibus in propatulo est, qui aliquam linguarum cognitionem, ad Romanas historias perlegendas secum adferunt. Ita Hermannum Arminium, Ernestum Arionistū, Dietrichum Theodoricum, & invictissimum Britannie Regem Meurigum Arviragum falsò dixere. & nuper Polydorus Rhesum filium Thomæ Rycharum nominavit.

Cum igitur liquet Romanis in nominibus haud esse fidendum, ad vernaculam linguam accedamus, cuius auxilio freti, verum Britannie nomen è tenebris eruemus: quod ut scèlicius fiat pauca prius interferenda sunt.

Cæsar qui primus Romanorum huius insule nomen Latinis litteris commendavit, eam Britanniam appellavit, quem omnes ferè Latini scriptores secuti, idem nomen haud mutavere. Unus tamen nuper emerfit Eliota Equestris

tionis vir, qui Prytaniâ beneficio eius-
 de vetustissimi exemplaris usus eâ antiqui-
 tatis dictam fuisse nō sine magna ratione
 contendit. Sed quod ipse à rerum afflu-
 entia ita eam Græcè vocatam affirmat,
 ego (qui huiusmodi etymologias peni-
 tūs rejcio) haud probo, Nomini tamen
 Prytanniæ potius quàm Brytanniæ cal-
 culum meum addo, illiusque antiquif-
 simi fragmenti auctoritatem, firmis-
 simis rationibus confirmare conabor.
 Sed quia hoc factitâdo, paradoxa que-
 dam & non ante audita in medium ad-
 ferre videor: ut & meis Cambrobri-
 tannis, & alijs satisfaciam, huius facti
 rationem ante omnium oculos ponam:
 non ita mordicus proprijs opinionibi-
 bus hærens, quin si meliora, & certio-
 ra, aliquis in medium adducet, facile
 subscribam. Interim (salvo semper
 doctiorum iudicio) meam opinionem
 accipite.

M. Cùm ante paucos annos in Polydo-
 ri Virgilij Itali, & Hæctoris Boethij
 Scoti historias Britannicas incidissem,
 quorum

quorum ille nominis Britannici glo-
 riam non solum obfuscare, sed etiam
 Britannos ipsos mendacissimis suis ca-
 lumnijs infamare, totis viribus cona-
 tur: hic verò dum Scotos suos è tene-
 bris eruit, quidquid unquam aut Roma-
 ni aut Britanni laude dignum in hac in-
 sula gessere, hoc totum illis attribuit in-
 sulsiſſimus scriptor.

His contumelijs commotus, ut pa-
 triâ dulcissimâ ab hac iniuria pro meo
 virili vindicarem, historias antiquorū
 omnes Græcè & Latine scriptas, qui ali-
 quid unquâ de Britannia aut Britannis
 litteris tradidere, evolvere cœpi, oīaq;
 non solum sententias, sed & verba ipsa,
 exscribenda curavi: ut inde quasi ex syl-
 va quadâ, materia ad historiam Britan-
 nicam scribendam, haberetur. Nec so-
 lum externas, sed etiam antiquissima
 nostrorum vatum quos in hodiernum
 diem Bardos (antiquum nomen ut in
 reliquis omnibus servantes) voca-
 mus, fragmenta: & historias Britan-
 nicè scriptas, (quas ego primus homi-
 num quod scio in Anglicum iam-
 pridem

PRYDAM

pridem converti idioma) sæpissimè perlegi. Nec solum res gestas, sed & nomina Regum, & locorum, in utraque lingua conferebam: Britanniamque à nostratibus Prydám dictam fuisse observavi, quod ex antiquissimis genealogiarum libris patet. Qua in re Cambri supra omnem fidem nimis curiosi sunt, utpote apud quos Genealogistæ quidam (quos alij Heraldos appellant) omnium hominum parentes & liberos, in quosdam tribus, antiquitas divisas, ordine perenni, litteris & memoriæ mandare solent: tanti æstimant se, ut & Franci & Turcæ & Latini, qui se à Troianis originem traxisse asserant. In his inquam libris, sæpius invenitur hanc insulam Prydám vocatâ: ut payn post prydain, id est, pavo, postis vel columna Britannia. Vir quidam ante multos annorum centenarios, apud Britannos fortis, veteribusque & nostri temporis Vatibus & Bardis hoc vocabulum commune est: ut, post Prydam olh, pryd à nerth, id est, Columna Britannia totius forma & fortitudo. Præterea omnibus

mili-

in libris obviâ habemus Ynys Brydám, .i. insula Britannia. Etiam Phranic à Phrydam, .i. Francia & Britannia. Ex quibus idioma linguæ cognoscentibus, faciliè liquet nostros Britannos hanc insulam Prydám sua lingua dixisse, quod nomé Latini, quasi durius abiecerunt: Britannique (sonum molliorem eligentes) dixere. Quod verum esse his firmissimis argumentis probabo.

Omnis dictio Britannica (uti diximus) cuius prima radicalis sit P. tres habet in contextu sermonis variationes, nempe in B. PH. & MH. Nomen verò Britannia apud nostrates aliquando incipit à B. aliquando à PH. & ab MH. ergò prima eius radicalis necessario erit P. Et aliud etiam, quod B. non sit huius nominis prima radicalis, infallibile fabricatur argumentum. Nullum vocabulum Britannicū cuius prima littera radicalis sit B. patitur eius mutationem in P. vel PH. sed nomé Britannia apud Britannos (ut idiotismus poposcit) alias incipit à P. alias à PH. ut supra ostendi: ergo nomen Britannia nō habet pro

pro prima radicali B. Nec necesse, est ut huius nominis etymologias Græcas quæramus, cum ex nostra (in qua omnia ferè hominum & locorum nomina significativa sunt.) rationem eius invenire possimus. Pryd verò nostratibus forma vel pulchritudo est: Càm, candidum significat. Vnde ex his duobus vocabulis simul iunctis, & C. littera ob euphoniã in compositione elisa, fit Prydam. i. candida vel excellens forma aut pulchritudo. Quasi primi accolæ terram pulchram & fertilem dicerent. Sed cum hæc nuda sit coniectura, salva sit per me unicuique sua opinio. Nec me latet viros etiam doctissimos, & Britannicam linguam optimè callentes, nomen Insulæ per B. scribere: ego tamen eos hoc Latinos imitando potius factitare, quàm quòd hoc genuinum esse insulæ nomen credant: cum hæc quæ ego superius in medium adduxi, ipsi etiam verissima esse, haud denegare possunt.

Insurget hic fortasse aliquis Britanni-

nici nominis hostis; meque hijs argumentis, & Bruti in insulam adventum, & Britannicam historiam cum Polydoro penitus denegare affirmet. Sed absit à me hoc facinus, ut Sacratissimæ Antiquitatis Maiestatem ita cõtemnerem: imò potiùs cum locus dabitur opportunus, eius adventum, & Britannicæ historiæ authoritatem, multis in medijs adductis & testimonijs, & rationibus, (quas pro historia Britannica edenda paratas habeo) stabilire conabor, parvipendens quorundam nugamenta: qui quod eius nomen in Romanorum historijs non inveniunt, talem nūquam in rerum natura fuisse audacter negant: cum Halicarnasseum & Livium tam dissentanea scribentes legentibus, & Latini nominis eo tempore, quo Brutus in Græciam ex Italia navigavit obscuritare considerantibus, facile liquebit & ob scriptorum defectum, & eorū, qui postea scripsere, incuriã & negligentiam, (inter quos Livius etiam ab ipsis Romanis desideratè fidei nota incurrit) multò maiora quàm Bruti discessū ob-

livioni

livioni tradita fuisse. Nam quamvis Cesar Britannos ἀπρόχθοκας & D. Siculus ab origine fuisse affirmant, Brutum tamen cum suis Troianis in Britanniam venisse & priorum incolarum suorumq; imperium suscepisse credo, unde & Britannii dicti sunt. Nam nostrates Britannum in hunc diem Brittvm (quod nomen non à Prydám antiquo Insulae nomine, sed à Bruto rege deducitur) & Britannos plurali numero nostræ historiæ & Brytaniaid & Brython vocant, quæ vocabula à Bruto originem habent. Nam in deducendis vocabulis u in y. sepius apud nostrates vertitur: cuius rei ignorantia nostro Lelando negocium facebat.

Sed cum de Insulae & primorum Incolarum nominibus hæc pro hoc instituto sufficere videntur, ad reliqua accedamus.

Britannia quæ magis genuino, sed in usitato vocabulo, Prydania dici debeat in tres partes dividitur, Lhoegriam, Albaniam, & Cambriam: de quibus suo ordine dicemus. Lhoegria à nostratibus

(antiquissimo nomine adhuc retento) ea Britannia regio dicitur, quæ à Saxonibus Anglis & Iuthis Germaniæ populis occupata, nunc ab omnibus Anglia vocatur. Nā cum Britannia à Maximo tyranno omni iuventute spoliata esset, quorum magna pars cum ipso Aquileiæ caesa est, reliqua verò Armoricam Galliæ regionē, deletis & expulsis prioribus incolis, fortiter occupavit: Unde ea regio in hodiernum diem Britannia Minoris & Continētis nomen meruit. Nec hic silentio prætereundum est, Bedam Anglum, Volaterranum & Polydorum Italos, turpiter hallucinatos fuisse, qui affirmant nostram Britanniam ex hac nomē habuisse suum: cum omnibus constat, illam Armoricam (quod nostra lingua, super mare significat) dictam, fuisse, cum hæc ab omnibus Britannia diceretur: nec unquam aliquis antiquorum aut Britannorū, aut Britonum, in Gallia (quod sciam) ante Sidonium Apollinarem (qui vixit paulo post hanc migrationem) meminuit: Ipse verò in epistola ad Vincetium, de Ar-

vandī scriba dominum læsæ maiestatis
 “ accusantem ita scribit. Hęc ad Regē Go
 “ thorum charta videbatur emitti, pacem
 “ cum Græco Imperatore dissuadēs, Bri
 “ tannos super Ligerim sitos impugnari
 oportere demonstrans. Hęc ille. Si ve
 ro ut illi somniant, et eos infœliciter se
 cutus Cœnalis, Britanni aliquā Gallia
 regionem ante hoc tēpus possedissent,
 maximē quæ Britannia diceretur (ut illi
 satis impudenter affirmant) nō ab om
 nibus Romanis scriptorib. (quibus Gal
 lia non secus ac Italia cognita erat) silē
 tio præteriretur. Nostrates tamen Cor
 navios & hos, eandem fuisse nationem,
 & Regum nomina utriq; genti simillima,
 ut Conanas, Meriadoc (quo nomi
 ne Regionis Denbygiēsis in Northvval
 lia pars in hunc diem vocatur) Hoelus,
 Alanus, Theodorus, Ryvallonus et re
 liqui: omniumq; rerū vōcabula ferē ea
 dem (quamvis in contextu sermonis, ut
 in eadem regione sæpē fit, paululū dif
 ferre videntur) manifestē convincunt.
 Hęc regio à nostratib. Lhydavv vernacūla
 lingua appellatur: quod nomen à
 litto-

littoꝛe, Latino vocabulo (quasi litto
 ris Gallicani regio) mihi defluxisse vi
 detur. Nam quemadmodum Latini D.
 in nostris vocabulis in T. vertunt, ita pa
 ri modo nostrates earum T. in D. trās
 mutant, & L. in initijs vocabulorū fem
 per aspirāt, ut Lhadron, nobis latrones
 mutuato à Latinis vocabulo dicuntur.

Sed ut tandē redeamus, unde digres
 si sumus: Cū ut superius dixi, iuventus
 Britannica per Maximum in Galliam
 abducta esset, & qui domi remanserāt,
 à Pictis & Scotis sæuissimis gentibus
 premerentur, nullaque auxilia à Roma
 nis, aliter occupatis, sperarent circa an
 num Domini 450. Saxones piraticam
 per Galliam & Britanniam exercentes,
 in suum auxilium stipendijs datis voca
 vere. Et quod aliqui scribunt, non ante
 hoc tempus cognitos Britannis Saxo
 nes, ex diversis authorib. falsum esse ap
 parebit. Nam Claudianus cū in Eu
 tropium invehitur, eorum meminit his
 verbis, circa annum Domini 400.

*Quantum te Principe possum (ne Thetis
 Non longinqua docent, domito quod Saxo
 Mitior.*

& de 40. Honorij Consulatu.

maducrunt Saxone fusi

Orchades,

& alibi Britannia loquitur,

Me quoq; vicinis perentem gentibus, inquit

Munivit Stilico,

Illius effectum curis ne bellatimerem

Scotica, ne Pictum tremere, ne littore toto

Prospererem dubijs venturum, Saxona ventis.

Sidonius etiam Apollinaris qui scripsit circa eorum in Angliam adventū, eorum piraticam pulcherrimè describit in Epistola ad Lampridium,

Istic Saxona coeruleum videmus

Affuetum ante salo solum timere.

Cuius verticis extimas per oras

Non contenta suos tenere morsus

Alta lamina marginem comarum.

Et sic crinibus ad cutem recisis

Decreuit caput, additurq; vultus.

Et in Pānegirico ad Socerum,

Quin & Aremoricus piratam Saxona tractus

(num.)

Sperabat, cui pelle salum sulcare Britan-

Ludus,

Ludus, & affuto glaucū mare findere limbo.

Item Sextus Ruffus in libro de Notitia Provinciarū, Comitibus littoris Saxonici per Britānias meminit. Hos (inquam) satis antea Britannis cognitos, Hengischo quodam duce in Scotos & Pictos misere: qui cū hijs oppressis, iniqua foedera iecere, & arma perfidi homines in dominos convertere, deletisq; per dolum ad Ambrosij montem Britanniae, proceribus, vocatisque ex Anglis & Iuthis, Germanis auxilijs, eam regionem quam nos Lhoegriam vocamus, occupavere: depulsiq; post infinita bella veteribus in fines insulae colonis, eam inter se diuisere diversaque regna constituere: Cantianorum scilicet, Suthsaxonum, Vvestsaxonum, Estsaxonum, Estanglorum, Merciorū (quos Lazius vir doctiss. & cui multum debet omnis posteritas frustra in Germania querit dum Bede historiam de Germaniae non Angliae incolis scriptā credit) & Northumbrorum, qui etiam duo in Regna diuisa erant, in Berniciā & Deiram: qui Reges cū pagani essent, om-

nes ecclesias, monasteria, & bibliothecas, ferro & flammis vastabant. Et post receptū ab Augustino monacho Christianismum, multa & inter se & adversus Britannos bella gessere: donec circa annum Domini 620. Egbertus VVestfaxonum Rex omnium monarcha effectus, solus regnare cœpit: primusque omnium terram Angliam, populūque Anglos vocari iussit. Erant verò Angli Germaniæ populi admodum celebres: unde ut Crantzius refert, duces Saxoniarum etiam longo tempore Angliarum duces vocabantur, restatque Castrum (ut legi) eorū olim sedes, nunc Engern dictū, in limitibus VVestphaliæ inter Osnabrugum & Hervordiam. Vnde venit quod nostrates primū retinentes nomē, Anglos omnes, Saïsson: & linguam eorum Saïssonæg, appellant, nec quid sit Anglus aut Anglia norunt. Paulo post, Dani, devictis Anglis, hanc regionem occupavere: donec anno verbi incarnati 1066. VVilhelmus noth⁹ ex Neuftria cū suis Normānis, Anglis, & Danis subactis, hoc regnū subiugavit: Ex qua p̄genie, oēs ferè huius regni nobiliores, in

hunc diē originē ducunt. Sed ad Lhoegriā revertamur, quæ olim Oceano Britanico, Sabrina & Dea fluminib. Humbrus æstu cōtinebatur, nunc verò cū regnū Angliæ trans Hūbrū ad Tuedā extēditur, etiā Lhoegriæ nomē à nobis illuc usq; extendetur. Et quāvis Angli trans Sabrinā Herefordiensem pagū, Danicā fyluā, & alia multa occupāt: nos tamen eos in Cābria, nō Lhoegria habitare dicimus, à reliquisq; Anglis ferè ubique p̄ Cābris accipiūtur. Dea verò flumē antiquos hodiē servat limites: nisi q̄ quibusdā in locis, et popul⁹, et lingua Cambrica, terminos antiquos versus Angliā pmovere. His ita cōstitutis, ad particulare Angliæ vel potius Lhoegriæ descriptionē descēdamus: In qua prima nobis occurrit regio Cantium à Romanis, à nostratibus Cant, ab Anglis Kent dicta. Vnde in Galliā brevissim⁹ traiectus in Gessoriacū portū, qui nūc Bononia dicitur, ut ex charta Militari antiquiss. colligit B. Rhenanus. Nec solum Marcellinus antiquorum Bononiæ urbis maritimæ meminit, in vita Iuliani Cæsaris:

Lhoegria.

Cantium.

sed in Panegyrico Constantino Constantij filio dicto hæc habentur. Constantinus pater ascitus Imperator primo
 55 adventu suo immemorabili hostiū claf-
 55 se ferventem exclusit Oceanum, exerci-
 55 tum qui Bononiensis oppidi littus in-
 55 derat, pariter sepsit, &c. Cœnalis autē,
 Gessoriacum navale, Casletum Flandriæ fuisse affirmat, quod oppidum in monte edito situm, à Mari. 14. mille passuum distans, authoris incitiam omnibus ostendit. Iccium autem portum eum fuisse existimo, quem nūc Caletum pro Calitio appellitant. Nec eorum rationibus suffragari possum, qui Scufas Flandriæ Iccium faciunt: cum non sit verisimile, Romanos tam longa navigatione usuros, cum multò brevius & commodius, ex hoc loco fieri posset. Erant autem olim in Cantio tres insigniores portus, Romanis cogniti: Doris, Rhutupis, et Lemanis. Doris certissimè is est locus, quē Angli et Britanni nūc etiā Dover Britannicū nomen servantes, appellitant: nam aqua, nobis dour & Duver dicit: nec me latet Doverēs mordicus

te-

tenere, urbē suā olim dictā fuisse Rutupiu, & Arviragū Britannorum regē ibi memorabile castrū extruxisse: Ego tamē Antonio magis crediderim, quatriusque meminit, & Rhutupiu esse arbitror quē ab Anglis Repcestre ppe Sandwich non procul à Tanata insula vocatur: nam illa insula nobis Ynys Rhochym quasi Rhutupina dicitur: Vnde et illud littus Rhutupinū, & portus Rhutupis nomina meruere. Lemanis verò, vel ut alij Linienus, ille est fluuius, qui hodiè Rofter Anglis dicitur, & iuxta Apultream Oceanum ingreditur. Præter hos portus celebres, celebrem illum portū efficiens in quo Ria & VVychelsea oppida, urbes visuntur mediterraneæ Durobreuis & Durovernum, hæc Anglis Cantuarbyry. i. Cantuariorum curia, nobis autem Caergant dicitur: totiusque Angliæ & Cambrię metropolis est, illa verò nunc ab Anglis Rhofcestre appellatur. Antonin⁹ præterea inter Lōdinum, & Durovernum, Vagmacū: inter eam verò & Durovernū Durolernū constituit, sed quæ nomina hoc tēpore

C 5 habent,

habent, penitus ignoro. Has tamē urbes nomina ab aqua accepisse, quod Britānis *Dur* dicitur, in aperto est: & *duryvvern* nobis aquam ex alneto fluentem planē significat, unde & civitas illa olim suum crediderim habuisse nomen.

Sed priusquam ex Cantio discedam, de maxima sylva cuius & Britannici & & Anglici scriptores meminere, pauca dicam. Britanni eam *Coed Andred*, Angli *Andredesvvald* dicere: Et *Huntingtonēsis* lōgitudinē eius 120. millia, latitudinem verò 30. continere affirmat, & in ea sitam fuisse celeberr. urbem *Caer Andred*, & *Andredecestro* dictam, ab *Dalla* rege *Suithfaxonum* penitus everfam, ita ut nec ruinæ eius iam cognoscantur. *Cantiani* tamē & *Suithfaxes* locum sylvæ adhuc *VValden* appellitant: *Nescientes* tamen unde hoc dimanavit nomen, cum alij *VVelden*, alij *VVyliden*, sed falsò vocitant: Nam *Anglofaxones* sylvam *VValdem*, ut nunc *Germani*: *VVolden* verò planitiem sine arboribus appellitabant, ut in nominibus *Cottesvolden* & *Porkevvalde*

vvalde apparet.

Cantianis proximi secundū *Tamesis* ripā meridionalem sunt regni, qui olim secundum *Saxonum* constituebant regnum, vocatiq̄ue sunt *Southsaxon*. i. *Meridiales Saxones*, nunc autē in duos pagos, *Soutsex*, & *Suthtrey*, diuiditur: Horum civitatem *Neomagun* crediderim esse ubi nunc *Guldefordia* sita est. *Cicestria* *Soutfaxonum* celebris civitas, *Britānicè* *Caereri* dicebatur. Post hos veniūt *Atrebates*, quos nunc *Barckshicienses* vocant, quorū principalis urbs olim *Caleva*, nunc verò *VValyngford* dicitur. Nec illis ad stipulari possum qui *Oxonii* ad *Septentrionalē Tamesis* ripā *Calevam* faciunt. Est & pagus nomine *Cilcester* non procul a *Basnigo*, q̄ olim *Caersegent* & *Segentiū* à *Romanis* dicebatur. *Pontiū* etiā meminit *Antoninus*, quæ iam *Readingi* nomen habere videtur. *Spinarū* verò antiquū nomē adhuc remanet in parte urbis vocatę *Neabury*. i. nova curia. Inde etiā p̄cul sup̄ *Cunetionē* fluviū, sita est *Cunetio*, *Romanis* celebre oppidū, nūc *Malborovv* dicta.

Inter

Inter hos & mare siti erāt Simeni, quorum metropolis Venta, quæ olim celeberrima fuit civitas: & Britannis Caer-vvunt, Anglis verò VVynchestre dicebatur. Ad mare est etiam Portus Magnus, nunc Portesmouth in cuius ostio erat civitas Caerperis olim, nunc verò Portchestre vocata. Tris Antonis etiam portus, nūc Southampton antiquū retinentis nomen.

Vectis.

Contra hos est Vectis insula Romanis scriptoribus illustrata, & à Vespasiano primo domita. Hæc lōga est 20. passuum millia, lata decem: forma ovo simillima à littore alibi 7. alibi 2. passuum millibus distans. Rupes habet horrētes. Frugum fertilissima. Neoportus unicū insulæ emporium. Est & castrum Caerbro. i. cassium tractus, antiquitatem Britannicam referens. VVestfaxes hanc domino suo pulsus Britannis addidit, donec Cadwalla Britannus occiso Arvaldo eam sui iuris fecit. Angli hanc VVyght, Britanni verò Gvydh appellant, quod nobis, perspicuum significat: ut Guydhgruc. i. perspicuus cumulus: Guydhfa,

Guydhfa, perspicuus locus, quo nomine altissimus totius Britanniae mons, in Arvoniam appellatur. Incolæ gloriari solent suam terram tribus incommodis liberatam, nempe vulpibus, fratris medicantibus & caufidicis: Et sub pago Avondunensi habentur. Et eiusdem maris littus legentes sequuntur Severiani, nunc VVyllyrienensis, quorum civitas Caerfeuerus, alij Caer Caradoc dicitur, nunc verò Sarysbury ab Anglis vocatur. Inter hos est Mons Ambrosij, clade optinatum Britanniae clarus. Etiam Shaftesbury olim Caerbaladin & Caersepton Britannis nota civitas. Iis ad Occidentem adjacent Durotriges, nobis Durugueir, Anglis Dorsethirmen dicti. Ab his magis occidentales sunt Damnonij, nobis in hunc diem Dysynnaint, quod profundas & angustas valles significat, dicti: & non à Danis, ut aliqui affirmant: Hi ab Anglis Devonshyrmen vocantur: et utrumque mare Sabrinum scilicet æstū, & Oceanum Britannicum attingunt. Principalis eorum civitas Isca, quæ & Augusta olim

olim Caervvysk à fluvio præterlabente,
nunc ab Anglis Exceffre appellatur.
Nec me latet aliquos hanc Caer Penu-
chelgoed olim à Britannis vocatam af-
firmari. **Cornavia.** Ultima omnium est Corna-
via, ab incolis & nostratibus Cernico,
ab Anglis Cornvval dicta. Hic annota-
tū velim, Saxones Britannorū reliquias
in has angustias detrusisse, & quæ Bri-
tannica lingua illis non intellecta ute-
bantur, Cornvvalas. i. Cornovios vva-
las dixisse: ut & nostratos Brytas vvalos
Germanico more etiam dixere. Hæc ve-
ra est nominis etymologia: & valeāt hij,
qui Cornu Gallix nomen sibi placētes
fingunt: in qua re Polydorus, ut in reli-
quis, inscitiam ostendit suam: cum meā
opinionem confirmare videntur libri
antiquissimi, Saxonum lingua scripti:
etiam & nomen quo incolæ patriam
suam appellitant. Sermone utuntur
Britannico, omniaque ferè verba no-
stris similia dignoscuntur, in contextu
tamen sermonis parum differre viden-
tur. Celebre est nostratibus Cornavia:
promontorium, quod vulgò Peurhyn-
guaed

gued. i. Promontorium sanguinis di-
citur, quod ego Antivestæum Ptole-
lemei esse crediderim. Supra Damno-
nios ad Sabrinum æstum erant olim
Murotrigum regio, nunc verò nobis
Guladyr haf, Anglis verò Somersets-
hyr dicta, apud quos visum celeberrimi
loci olim Caermalet alias Camalet
vestigia. Ibi etiam est Iscalis, nunc Ilce-
ster, etiam Avalonia insula, quorum
civitas Venta, nunc Brystovve: olim au-
tem Britannis Caer oder yn Nant ba-
don. i. civitas odera in valle Badonico.
Alia Belgarum urbs Ptolemæo Aquæ
calidæ, Antonino Aquæ solis, Britan-
nis Caerbadon: & Anglis nunc Bathe
dicitur, balneis aquarum calidarum sa-
luberrimis clara. Cuius rei ego certissi-
mus testis esse possum. Nā cum ex ictu
equi Mediolano in Italia accepto gra-
vissimo dolore ischiadico duodecim cō-
tinuis mensib. laborarem, diversisq; do-
ctissimorum medicorum auxilijs non
convalescerem: his balneis cum tantum
sex diebus usus essem, sanitati pristinx
restitutus sum. Inter hos verò & ortum
Tamesis

Tamesis erant Dobuni, nunc Claudiani quorum celebris urbs olim Corinisi, & Britanis Caer cory: Anglis verò nunc Cycestre dicitur. Et Claudiam vulgò Glocestre celebrem civitatem ad ripam Sabrinæ positam, totius pagi caput: crediderim non esse Romanis cognitam, sed postea (ut Gyldas refert) à Glovy Britano, qui in ea regione post exactos Romanos regnavit ædificatam, & non à Claudio Cæsare, ut postea ostendetur dictam. Est præterea in eodem pago Malmesbury olim Caerbladhon dicta. Hi verò pagi tertium Saxonum in Britannia regnū constituere, quod VVest-saxonum. i. occidentalium Saxonū nuncupavere: Cuius Rex Eghbertus cæteris devictis primum Germanorum monarchiam Lhoegriæ obtinuit.

Descriptis regionibus quæ ad Meridionalem Tamesis plagam sitæ sunt, ad reliquas suo ordine deveniamus. Et primo contra Cantium ex altera parte Tamesini æstus sunt Trinovantes, quorū Princeps Mandubratius, sive ut alij Androgorius nostrates Avarvvy vocant,

Cæsa-

Cæsarem in Britanniam vocavit, vocatumque suis copijs adiuvit, & in Italiam & Thessaliam usque sequutus est. Horum civitas à Bruto condita, Troynevvyth. i. Nova Troia dicta est: quam sunt qui dicunt Trenovantum. i. urbem Novantum, cum Britannis, tre, urbs sit appellata, postea à Belino rege ibidem commorante Dinas beli, i. Palatium Belini: ultimò à Luddo Cæsuvvallani fratre qui cam mirum in modū ædificijs ornavit Caerlud et Lhundain. i. Civitas Luddi, & Londinum dici cœpta est. Nec me fugit Polydorum Trinovantes circa Nort Avondunum querere, sed plus apud me valet Sacræ antiquitatis authoritas quàm ignoti hominis & externi nuda coniectura. Nos hæc nomina hodiè Londino tribuimus: Ptolemæus eos ad Tamesim posuit, quamvis librarij incuria Londinū Cantij urbem nominat. Et Marius Niger, postea alteram partē magni Sinus, nam altera Trinoantes tenent, in cuius intima flumen labitur Thamasis. Virgilius Vrbinas ex Tacito parum validis ar-

D

gumentis

gumentis probare conatur Trinobantes mediterraneos esse, cum suæ rationes contrarium asserere videntur: nam cum inquit, Si Trinobantes prope Londinum fuissent, haud tutum iter illuc habuisset Suetonius. Imo Polydore, si in medullio insulæ fuisset, multò difficilius fuisset ei Londinū per medios hostes venire, nam per eos à Mona undevenerat iter patebat: Igitur verisimilius est Trinobantes Essexiæ fuisse habitatores, ut omnes præter paucos obscurioris famæ scriptores affirmant, qui sentiunt cum proximis suis Icenis, qui nunc Nordsvolce & Nordovolcæ sunt in Romanorum capita conspirassent, & omnia Verolanum usque cæde & incendijs cæsis etiam 70. Romanorum millibus defœdassent in tutum ante Suetonii adventum ut Tacitus affirmat leti sese recepissent. Et quod Londinum non attigerit eorum furor in causa erat quod ut idem author refert Colonia erat Romanorum, & emporium, copia negotiatorū & commeata maximè celebre, maximis etiam & instructis

simis

simis copijs defensum ad omnē eventū esse omnibus cōstare videtur. Ex hijs igitur patet Polydori argumenta parū valida esse, maxime ei qui hanc Angliæ partem optimè novit, & Londinum Trinovantum fuisse urbem, quæ etiam & Augusta postea (ut Marcellinus refert) dicebatur.

Hijs igitur fultus rationib. dico Trinobantes illam Britanniae regionem incoluisse quæ post Saxonum adventum quartū eorum cōstituit regnum, quod Estsaxonum. i. Orientalium Saxonū vocitabant & alterū quod Mediosaxonū dicebatur, quorum in hunc diē Londinum civitas est, & olim sub Merciorum regibus erant. Aliam præter hanc Trinovantum urbem nominat Ptolemæus Camudolon, quam eandem cum Camaloduno ex historiariū Romanarum lectione esse autumo, quanquam etiam Ptolemæus Camaloduni meminit: nam hæc nō procul à Famefi sita erat, Romanorumq; prima à Claudio Colonia facta, & nō prope Brigantes, et Polydorus, multò minus in Scotia, ut Boethius

D 2

somnia:

somniat : Et ut hæc clarius appareant
 Dionis viri Consularis verba apponere
 22 libet, Claudius accepto nuncio, res ur-
 22 banas, ac milites etiam Vitellio college-
 22 suo (cui consulatum itidem ut sibi ad 6.
 22 menses dederat) mandavit, ipse ab urbe
 22 ostiam devectus navigio, inde Malsilia
 22 est, reliquoque itinere partim terra, par-
 22 tim mari facto, ad Oceanum venit, trans-
 22 misitque in Britanniam, & ad copias ad
 22 Tamesim se expectantes porrexerit. Qui-
 22 bus ad se receptis, transgressus fluvium,
 22 cum Barbaris, qui ad eius adventum con-
 venerant, signis collatis dimicavit, vi-
 ctoriaque potitus est, et Camalodunum
 Cynobellini Regiam cepit, multosque in-
 de vi, alios deditioe in suam potestate
 accepit. Hinc facile apparet Camelodu-
 num non procul à Tamesi sitam esse, quo
 loco etiam Ptolemæus Camudolan
 constituit. Hanc quoque fuisse colo-
 niam illam Claudij Cæsaris, templo ce-
 lebrem, quam nunc Colcestriam vocat,
 antiquumque nomen à fluvio & phano
 coaluisse credo : cum hoc Britannis u-
 sitatissimum sit, ut Henlhan vetus pha-
 num,

num, Lhanehvvy phanum super Elgu-
 mi fluvium vel phanum Elguése, quod
 Angli & moderniores episcopi sedem
 Afaphensem haud rectè vocant. Præter
 hæc alia infinita, ita ut facile crediderim
 loca quæ à Latinis in lan, vel lam desinunt
 vel incipiunt, olim à phanis Britannicè
 dicta fuisse. Præterea ex hoc Dionis lo-
 co colligitur, quàm perfrictæ frontis
 vir sit Polydorus ille Virgilius, qui af-
 firmare non veretur Claudium Cæsa-
 rem sine ullo prælio Britannos vicisse:
 Imbelles (os impudens) vocat, quos ipse
 Cæsar Tacitus, Dio, Herodianus, bel-
 licosissimos, immanes, sanguinis sitien-
 tissimos, & servitutis iniuriarumque im-
 patientes affirmant. Sed quid non audet
 invidia & odio tumens infamis homun-
 culus. Mitto eius præceptorè Boethium,
 qui præter hæc mendacia, bellum ingès
 adversus Orcadicos à Claudio gestum
 nimis impudenter asseverat. Nam fa-
 cile iudicare poteris optime Lector,
 quantum terræ & pelagi peragrarè po-
 tuit Imperator Romanus, cum copio-
 sissimo exercitu, sexdecim tantum diebus,

quibus in Britannia commoratus est: cum etiã Tacitus fidelissimus scriptor, affirmat, primo tempore Agricolæ cognitam Britanniam fuisse insulam, ac simul incognitas ad id tēpus insulas quas Orcades vocant, ab eodem inventas domitasque. Hoc etiam Dion in vita Titii Imperatoris verissimum esse scribit, nec Suetonius hijs refragari videtur, cum paucissimis diebus Claudium in Britanniam mansisse memoriæ prodidit. Quanquam Eutropius, & post eum Orosius, aliter sentire ob longinquitatem Orcadam à Cantio non exacte cognitam, visi sunt. Sed cum ratio & veritas hoc dissuadere cognoscitur, ijs tanquam fidelissimis ducibus fidendum est: & Polydori cum suo Hectore iudicia parvipendenda sunt. Trinovantibus proximi erant Icenii, quos eam regionem coluisse credimus, quæ quintum Germanorum regnum quod Est Anglorum. i. Orientalium Anglorum constituit: & eorum civitas Venta, quæ nunc ab Anglis Northvvyeh dicitur. Nec me fugit alios Icenos ad Occidentem posuisse,

posuisse, ego tamen verissimilius esse puto hos Igenos pro Tigenis librariorum incuria dictos fuisse, de quibus postea dicitur. Nec solum Icenos, sed etiam Cantabrigensem pagum continebat illud Est Anglorum regnum, quorum civitas olim Caer graunt à Britannis, ab Anglis verò Grantecester à flumine præterlabete dicebatur, nunc verò corruptè Cambridge vulgò appellatur: & est bonarum artium academia admodum clara. Nec procul ab hinc est Insula salicum, & non Anguillaria ut aliqui scripsere: nam Helig Britannica lingua, salices significant, quibus ille paludes abundant. Hijs omnes olim Girvy vocabantur. Proximi hijs erant Parisi, quorum civitas Pettuaria, nunc verò Peterborovve dici cœpta est.

Supra mediterraneos Saxones verus occasum erant Catychlauri, nunc Hertfordiensēs & Buchyngamienfes montani, quorum civitates Salinæ, & Verolanum, quarum hæc à flumine VVer nomen, nam Guerthan, id est fanum supra verum fluvium o-

olim Britannicè dicebatur : postea verò
 Caer municip, quod Romanorum mu-
 nicipiū esset vocata est: Angli verò Ver-
 lamchestre et VVatlingchestre appella-
 vere. Concidit hæc urbs Saxonum fu-
 rore, mœniorum tamen vestigia adhuc
 prope phanum S. Albani ex altera parte
 fluvij apparent. Sed quod putant ali-
 qui Tamesim eum locum præterfluxisse,
 ridiculum est. Constat tamen enaxim-
 um olim fuisse prope mœnia urbis th-
 gnum, ubi iā læta florent præta, in qui-
 bus anchora nuper ut accepi invēta est:
 ex qua re, & corrupto Gildæ libro hæc
 coniectura dimanavit. Post hos veniunt
 Oxonienses ad Septentrionalem Tame-
 sis ripam, quorum civitas ab Anglis O-
 xenford, à nostratibus Rhyd ycheni-
 boum vadum, Latinis verò Oxonium
 dicitur: sed quod nomen antiquitūs ha-
 buit penitus ignoratur: Alij tamen Ca-
 er Vortigeru & ab eo conditū (quibus
 ego non accedo) affirmant: nam Gildas
 scribit illam civitatem ædificatam fuisse
 in Occidentali insulæ parte, & ego cre-
 do in regione Cambriæ quæ nunc ab eo

nomen habet Gurthronion sitam fuisse.
 Lelandus noster Ouseford. i. Issidis
 vadum dicendum esse mordicus tenet,
 cui viro optimè de Britannis merito, &
 in antiquis historijs exercitatissimo re-
 fragari non audeo : nam supra Issidem
 sitam esse constat, & tempus multa lo-
 corum nomina corrupisse in propatu-
 lo est. Sed quodcunque habuit ab ini-
 tio nomen, pulcherrimum & saluberri-
 mum habet situm, regionemque omnia
 necessaria affatim ministrantem, bona-
 rumque litterarum celeberrimam scho-
 lam, ut omnes, qui alias Europæ acade-
 mias adierint facile agnoscunt. Non
 procul ab hac sita erat Caer dor Roma-
 nis & Anglis haud incognita civitas &
 episcopalis sedes, nunc verò vlla Dor-
 chestre dicta, quo in loco Tama in Issi-
 dem se exonerat, unde Tamesis nomen
 coaluit. Versus Septentrionem sunt Bu-
 chyngamæses, & infra hos Bedfordien-
 ses, & magis ad Septentrionem Hunt-
 ingtonenses, quorum antiqua nomina
 nobis haud cognita sunt. Post hos Lin-
 colnienses olim Coritani ad Trentam

fluvium usque horum civitas olim **Caerludcoye** Britannis, Romanis **Lindum**, Anglis verò **Lindcolyn**, & nunc **Lincolne**, dicebatur. Nortmanni tamen hanc postea corruptè **Nychol** ut in antiquis comitum eius diplomatibus Gallicè scriptis sæpius annotari, totaq; hæc provincia **Lyndesay** vocabatur. Iuxta hos ad **Trentam** sunt **Lercestrenses** à **Leicestrìa** quæ olim **Caerbeir** dicti. Ad meridiem eminet **Nortavondunenses** à fluvio **Avoniam** urbem præterfluente appellati: nam **avon** Britannis **fluvius** dicebatur: & **Saxones** audiètes **Britannos** **fluvios** hoc nomine vocare, crediderunt hæc esse eorum propria nomina: unde multi per **Angliã** celebres amnes hoc nomine decorantur. Post hos ad occidentem sequuntur **VVarvvicenses**, quorum primaria urbs à **Guythelino** **Britanniæ** rege cõdita, **Caer VVythelin**: deinde à Romanis legionibus non longius progressis **Caer Lheon**, ultimò à nobili **Britanno** qui eam multis ædificijs decoravit **Caer ggvayr**, ab Anglis verò **VVarvvil** appellata est. Post hos

sunt

sunt **Staffordienses**, inter quos est episcopali sede gaudès **Lychfeldia**. i. mortuorum campus, nã **Angli Boreales**, **lych**, mortem vocant: unde & **lychfouls**, **nycticorax** ominosa avis illis est. Aliqui affirmant hoc in loco nõ **Legancestrix Etheldredum** **Northumbriæ** regem 2000. illius famosissimi **Banchorienfis** cœnobij monachos doctissimos & victum manuum labore contra aliorum usum quæritantes crudeliter deletisse. Hocque cruentum bellum in **Britannos** non sine impulsu illius sanguinarii monachi quem **Augustinum** appellant cœpit: idque quod illi quibusdam in rebus ab ecclesia Romana dissentire videbantur, & archiepiscopo **Cantuariensi** subijci, quum proprium haberet **Legionensem** **Archiepiscopum** recusare. Hæc erat illius viri charitas & religio, optimos viros quod intolerandam eius superbiam non ferrent, è medio tollere. Sed de hijs **DE O** favente alibi dicitur. Ex altero latere **VVarvvicensium** sunt **VVorcestrenses** **Dobanis** proximi, eorũ civitas

Vigor-

Tigornia olim Brangonia Latinis, Romanis, & Britannis Caer Vrangon in hunc diem dicitur: ab Anglis verò vulgò VVorcestre appellatur, & ad orientalem Sabrinae ripam aedificata est: ubi notandum est, omnes maiores urbes Sabrinæ & Deæ imminentes in orientibus ripis horum fluviorum ad Cambrorum in Lhoegriâ irruptiones cohibendas conditas esse, non aliter quàm Romani ad Occidentale Rheni ripam ad Germanorum in Galliam insultus coercendos pulcherrimas erexere civitates. Proximi his sunt Salopienses, quorum antiquissima urbs Vricoviû, postea ab Anglis VVrekecestre & contractè VVroxcestre tota Saxonico bello concidit, à cuius ruinis circa 4. milliaria distat Salopia primaria totius conventus urbs, duobus pontibus & ferè Sabrina circumdata clara. Hæc olim Pengyvern. i. caput alneti dicebatur: regumque Povvifiæ regia erat, unde defluxit nomē Anglicum Schreufsbury, quamvis in vetustis diplomatibus Salopsbury et Slopesbury me legisse meminimus. Nostrates hæc hodierno die Ymvythig

vvythig appellant. Post hos sunt Devani sive Cestrenses super Deam fluvium fontibus ex quibus sal optimum & albidissimum coquitur, dari. Præter civitatem Romanorum monumentis celebrerimam, quæ à legionibus Romanorum ibidem hyemantibus in hunc diem à Britannis Caer Iheon ar ddourdvv. i. civitas legionum super aquam Deæ, ad differentiam alterius eiusdem nominis civitatis super Oscam fluvium. Ex Antonino patet hanc olim Devam dictum à Latinis fuisse à fluvio quem nos Dourdvv. i. aquam Dei vocamus: Angli hæc Legancestre & postea detruncato vocabulo Cester dixere: civesque gloriantur se habere corpus Henrici quarti Imperatoris, quem affirmant abdicato Imperio heremiticam vitam illuc duxisse. Nec aliter de Heraldo ultimo Danici sanguinis rege credunt. Orientaliores hijs sunt Dorventani, nunc Derbieneses, à Dorguent primaria eorum civitate. i. aqua alba, sic dicti. Hi omnes pagi & conventus cum magna Cambriæ parte usque ad famosam Offæ regis fossam, (de qua postea

postea dicitur) Sextū Anglosaxonum in Britannia regnū quod à flumine Merse Merciorum dicebatur constituere. Hic verò satis mirari non possum VVolfangum Lazium virum doctissimum & de antiquitatum studiosis optimè meritū, in magno illo opere de Gentium migrationibus, ita hallucinatum fuisse, ut affirmaret Mertias Marcomānos fuisse, & eorum reges Pendam, Offam, & reliquos omnes in inferiori Germania regnasse: cū ex omnib. historijs liquet, nullum huiusmodi regnum unquam ibi fuisse: hosque reges & populos quos ille Germaniæ cultores affitmat, illā Britannia quā nunc descripsimus regionē incoluisse. Simili modo dū Angliæ Normanici sanguinis regū genealogias connectere conatur, ita omnia confuse & à veritate aliena tradit, ut nec nomina, nec ordinem, nec regum gesta unquam legisse, sed ab aliquo blaterone indocto non satis nominis sui famæ (ut alius vir in mathematicis admodū clarus nuper in eiusdē Insulæ charta Geographica fecit) consulēs auditu accepisse verisimile est.

est. Et p̄ter hos Ieronymus Ruscillus in suo Ptolemę Venetijs nup edito, dū nova noīa conatur antiquis correspondentia tradere, loca 100. miliarib. ab invicē distātia ut Colchestre cōfundit. Nec alij in locis foelicus seqtur coniecturā, Vnde hac in re fidē illi tribuendam esse dissuadeo. Restat septimū & ultimū Saxonū in Anglia regnū quod ab eis NordamHumbroŕū eō q̄ ad Borealē Humbri regionē, sitū erat, dictum est. Hocq; postea in duo regna Deerū & Berniciū divisum est. Deere regnū cōtinebat totā regionem à Humbro & Trēta ad Tyffam flumen. Bernicia verò à Tyssa ad mare Scoticum, quod nunc Fyrthev vocāt: hoc à Britannis Brennych: illud verò Deifyr appellantur. Huius regionis maximē Meridionales sunt Snotyngomēses, nunc verò Notyngamēses dicti. Proximi his sunt Eboracēses q̄ à Romanis Brigā. dicebātur, de quib. ita scribit Tacitus, Pecilius Cerealī Brigā. civitate quæ numerosissima provinciæ totius phibetur aggressus, multa plia et aliquādo non incruenta gessit: magnamq; Brigantum

gantum partem aut victoriâ amplexus aut bello. Hos autem non veretur Scotici nominis mendax ille pugil, Hector Boethius, in Gallovidia sua ponere: idque argumentis ex Ptolemæo & Tacito collectis probare conatur. Quantû autem Ptolemæus aberrarit ex relatione aliorum, in longitudinibus & latitudinibus locorum Britanniae describendis (cû Scotiam ita ad orientem prominare scribit, quod ultimum eius promotorium 8. gradibus magis orientale facit, quàm ullus sit Angliæ locus, qui in hoc paratello efficiunt circa 240. milliaria: quod à veritate alienû est: cûm Angliâ magis orientalis quàm Scotia sit,) omnibus qui in cosmographiâ aliquê progressum fecere luce meridiana clarius apparet. Sed danda venia est Ptolemæo viro Aegyptio & in mathematicis doctissimo, qui quod potuit effecit: Non verò infulso & impudenti Boethio in Scotia nato & educato. De Tacito refert, eum gravem authorem Brigantes affirmasse Hispanicam prolem fuisse, semotiorique Britannie recessu suas ha-

bere

bere sedes, quàm ut unquam Britannos ad illius tempora quispiam eò penetrasse asseverare queat. O caput impudens, ubi locorum hæc dixit Tacitus de Brigantibus? Siluros Hispanicam prolem à colore derivare videtur, quod cõtra Hispaniam positi sunt, Gallovidia longius distat ab Hispania quàm ulla aut Angliæ aut Cambriæ regio. Quod etiã Taciti tempore primo à Romanis cogniti sunt Brigantes, fateor: sed ille apud Tacitum hoc non invenit, nec sui memor, (quod mendacè oportuit,) in memoriam revocat eum alibi scripsisse, Claudium Imperatorem etiã ultra Scotiam Orcades suo imperio adiecisse. Sed valeat infidus Hector, & nos, quid antiquiores de Brigantibus scripsere, videamus. Ptolemæus Brigantum civitates nominat, Eboracum, Epiacum, Calatum, Bimonium, Caturahtonû, Rhigodunum, Isurium, Olicana, & Eboracum omnes norunt esse eam civitatè quam Britanni CaerEfrog, Angli verò Evervvyck & nûc contractè Yorck appellavere. De reliquis cõiectura est. Bi-

E

nionum,

nionum, Bincestre. Calatum quod Caricia ab Antonino & Beda dicitur, Hellecaestre, nūc Tadcaestre. Rhigodunum, Rippon & Olicana, Haligfex. Ilurium verò, Aldburg vocari. Has urbes in Scotia nemo hominum somniavit, Antoninus verò easdem civitates Brigantibus ascribit: & in ipsa via quæ à Vallo prætorio versus Londinum ducit eas posuit. Vallū verò à Solvathiano æstu ad ostium Tinæ fuisse omnes norūt. Ergo impossibile est Brigantes in Scotia unquam fuisse. Etiam huius nominis memoria adhuc apud nostrates habetur dum aliquem vides haud rectè legibus & institutis parere, hunc Vvharet' brigantibus Brigantem agere dicunt: Et quemadmodū hi populo Romano rebelles fuerunt, ita hic maiorū & magistratuum instituta contemnit. Ita ego totam Deceam olim Brigantiam appellari crediderim. Intra Tinam & Tuedam ponit Ptolemæus Vernicones & Taiazalos: hæc regio sola nūc Northūbricæ nomē retinet, cū antea oīs populus ab illo æstu ad mare Scotiicū usq; hoc noīe gaudebant: nā

in tota

in tota Britannia nullum flumen, æstum dico Humbri nomen habet, sed solum æstus ille in quem multi sese exonerant præclara flumina: unde non sine magna ratione credidit Lelandus noster, hunc, Abrum dici oportere: quod Britannis æstū significat, & casum alicuius fluvij, vel in mare, ut Aber cōvvy, Abertivi, Abertavvy, .i. ostia Conovij, Tibij, & Tobij, vel in maiore fluvio, ut Aberhodni, Abergeveni, casus Hodni & Geveni in Oscā. Præterea ostia quædā sine aliquo additamento Aber dicimus, ut in Arvonia intra Conovio & Banchorio eodem modo & hunc æstū Abrū olim q̄ Ptolemæo etiā magis cōsonat dictū fuisse facile crediderim. Supra hos erant Dānij, quorum civitatē Vandagorā ponit Antoninus haud procul à vallo, of dā: unde conjicio hos esse quos nunc VVestmarios, vel VVestmerlandios dicimus. Cumbrā verò olim habitabāt Selgovij, & Otadeni. Ad ipsū vallū est antiquissimā civitas Ptolemæo Lucopibia, Antonino verò Luguballia Britan. verò & Anglis Caerloyl nūcupata, & in cōfinibus

E 2

Novan-

Novantū sita. Nō pcul ab hac civitate
 tradit Malmesburienſis inventū lapidē
 cum hac inſcriptione MARIÆ VICTORIÆ
 quem trophæū ego credo erectū a Ma-
 eurigo, (quē Latinorū alij Arviragū,
 alij aptius, Marium appellavere,) ob de-
 victos ibidē Pictos, rege corū Roderi-
 co, q̄ tunc temporis ut Saxones piraticū
 p̄ noſtra maria exercuere, donec aliq̄
 tulum poſteā una eorum manus in Gal-
 lia, alia verò in Albania ſedes ſibi acqui-
 ſivere. Conſtat q̄; has regiones cū Gal-
 lovidia uſque ad Cludam amnem ad an-
 num noſtrę ſalutis 870. à Britannis poſ-
 ſideri, quo tempore à Scotis, Danis, &
 Anglis multis bellis laceſſiti, & tandem
 Conſtantino eorum rege ad Lochma-
 bam in Anandra occiſo, in Cambriam
 ad cōtribulos ſuos migrare coacti ſunt:
 regionemq̄; omnem inter Conovium
 & Devam pulſis Angloſaxonibus, qui
 maiorem eius partem occupaverant,
 ſibi vendicavere: cōſtitutoq̄; ibi regno,
 quod à flumine Cluda cuius ripas co-
 luere Struteluyd à noſtratib. à Mariano
 Scoto corruptè Streadi ylcað VVala-
 norum

norum dicebatur. Multa cum regibus
 Anglorum (ut idem Author refert) bel-
 la geſſere: donec tandem Ne ultimo eo-
 rum rege Romę mortuo ipſi Guyne-
 dhæ principibus colla ſubmiſere. Hunc
 Marianum clariffimum ſui tēporis hi-
 ſtoriographum, quidam nuper mancū
 & optima ſui parte mutilatum, etiam
 dedita opera ob Britannicę hiſtorię
 (ut ipſe fatetur) perplexitatem, typis ex-
 cudi curavit. Eodem modo Sleydanus
 dum Froſſardum in compendium reda-
 ctum latinitate donavit, & Gallico no-
 mini nimium faveret, Anglorum nobi-
 liſſima & fortiſſima geſta, aut ſilentio
 præterijt, aut ab authore diſſentiens, a-
 liter, quàm à Froſſardo ſcriptum eſt,
 litteris commendavit. Itaque Martia-
 lis illud in hos optimè quadrare credi-
 derim,

*Quem vertis mens eſt, o Fidentine libel-
 Sed malè cūm vertis, incipit eſſe tuus.*

Sed hæc obiter. Ultimi Northūbro-
 rum & totius Lhoegrię veniunt nobis
 Lancaſtrenſes diſcutiendi. Hos autem à
 Mercia dividebat flumen ab Anglis

Merſſe dictus, à quo & Merciorum in
 Anglia regnum nomē accepit. Hos au-
 tem antiquitus Ordovicos dictos fuiſſe
 ex Ptolemæo facilè probatur: Ordovi-
 ci (inquit) ſunt magis occidentales &
 meridionales quam Brigantes: Igitur
 cū Brigantum regio ſit Eboracēſis pa-
 gus fruſtra cū Boethio eos in Scotia q̄-
 ramus, & multò minus in Nortfolchtra
 cū Polydoro. Relictis igitur cōmentis
 Ordovicos ego nō ſolū Lancaſtres, ſed
 & Devanos ſive Ceſtrenſes & Salopien-
 ſes eſſe facilè crediderim, cū à Tacito
 magna civitate ponatur. Civitatem huc
 voco, ut Cæſar totū conventum ſive re-
 gnum: nam quot civitates tot regna in
 Britannia olim fuerunt, quorum dū ſin-
 gulæ cum Romanis pugnabant (ut Ta-
 citus refert) oēs vincebantur. Inter ho-
 rū urbes Mediolanū ponit Ptolemæus,
 nunc Lancaſtre: Mancunium verò ut et
 Antonino liquet, Mancheſtre dicta eſt.
 Horum olim Rex Caratacus fama ſuper
 æthera notus, qui novem cōtinuis an-
 nis Romanos bello infeſtaret, tamenq̄
 fraude mulieris captus, Romā in trium-
 phum

phum ductus eſt: nec minorē Claudius
 Imperat. ob devictum Caratacum lau-
 dem aſſequutus eſt, quàm Scipio ob Sy-
 phacē, aut L. Paulus ob Perſem forciſ.
 reges populo Romano oſtēſos, (ut Ta-
 citus ſcribit) meruit. Hic ſatis mirari nō
 poſſum quid Hectori illi, nō Troiano,
 ſed Scoto, (nam,

*Hei mihi qualis erat, quantum diverſus ab
 illo*

Hectore q̄ redit exuvias indutus Achillis.)

in mentem venerit, ut hunc Scotum
 eſſe impudenter aſſeverarit, cū nullā
 huiusmodi gens in rerum natura tunc
 temporis eſſet: at ſi eſſet, tenebris ſuis ita
 obvoluta, ut nec Romanis nec Britan-
 nis cognoſceretur: vel (ut Haymo Ar-
 menius de quadam gente ſcribit) præ-
 ſtigijs ſuis ita omnium populorum &
 nationum oculos perſtrinxit, ut inter
 Britannos & Romanos Scoti inviſibi-
 les verſarentur. Polydorus hunc et-
 iam Ordolucarum regulum fuiſſe ſcri-
 bit: cū nec Tacitus nec Ptolemæus eo-
 rum, ſed Ordovicum meminere. Et Ta-
 citus nō ſolum Ordovicū, ſed & etiam

Ann. li. 12. Silurum Imperatorem fuisse memoria prodidit. Qui Silures non in Scotia, sed in Sudvallia sedem habuisse alibi probabitur. Et ego in memoriam revoco me ante paucos annos cū Domini mei Illustris. Arundelii comitis cum alijs negocia in Salopiæ finibus (quæ sui patrimonij sunt) agerem, incidisse in locū quendam & natura & arte munitum, situs eius erat in æditi montis plano, triplici vallo & fossis profundis. circumdatus: tresque erant portæ non recto, sed obliquo ordine correspondentes, à tribus lateribus præcipitia: duobusque fluminibus, à sinistris Coluno. à dextris Themide (quem nostrates Tevidiam vocant) circumseptus, una tantum via accessibilis, hæc cū viderem, ab incolis accepi hunc locum Caer Carador nuncupari. i. urbem Caradocam et illic maxima bella gesta fuisse adversus quendam regem Caradocum, qui tandem ab inimicis captus & victus erat: nam nostrates non solum urbes muro circumdatas, sed omnia loca vallo & fossis munita (ut in Vari & multis alijs Cambriæ locis po-

cis postea ostendetur) hoc nomine appellitant. Cū igitur hunc locum in cōfinibus, & Silurum & Ordovicum esse prospicerem (nam à Colmo nobiliss. & antiquissimæ Angliæ Alanorum familiæ Castello cuius patrimonij est vix duobus miliaribus distat,) & etiā cum Taciti descriptione ad amussim quadra re, ut nihil desiderari potuit audacter affirmare ausim, hunc esse ipsum locum in quo Ostori prælio cū Carataco certavit & eum vicit: unde fugiens & in Cartimandæ Brigantum reginæ fidem sese cedens deceptus est. Præterea Carataci nomen Cæbris in hūc diē adeo est peculiare, ut multi principes hoc nomine decorabant, inter quos Northvalliam eo tempore Trabernus filius Caradoci moderabatur: Fleanchus (ut Scoti dicunt) Banguhonis filius in Cæbriam post occisum à Macabæo rege patrem fuga evasit ex cuius filiā VValterū (qui primus Stuartorū nomine in Scotia celebris fuit, ex quo in hunc diē reges Scotiæ descendisse sese affirmant) furtivo congressu parentibus funesto

genuit. At ego verifimilius esse crediderim hunc quem Scoti Traherni esse nepotem ex filia & Scoto patre (quod veritati dissonum est) & in Northvvalia genitum affirmant, potius esse unum ex liberis ipsius Traherni, qui à Gruffino Conani filio cum Caradoco Gruffino & Meylerio Ryvallonis filijs prælio victus & occisus est: huncque VValterum in Scotiam fuga elapsum ad maximos honores pervenisse. Nec hoc Stuartorum nomini fraudi esse potest, eos à nobilibus & antiquis Britannorum principum prosapia descendisse, ex qua etiam clarissima stirpe Ovvtenus ille Tudernus Henrici Angliæ regis septimi Avus (& non ex ignobili ut mendax ille & impudens Meyerus Flandrus affirmare ausus est) paternatim descendisse in Cambria nostra declarabitur.

SCOTIA. Iamque Lhoegria peragrata ad secundam Britannia regionem, quæ à nostratibus Albania, ab incolis verò Scotia appellatur ordine descendamus. Hæc olim à Romanis Secunda Britannia dicebatur:

cebatur: Nam Sextus Ruffus enumerat Britannia provincias quinque, Maximam Cæsariensem, quam ego credo esse eam Britannia partem, quæ à Cæsare Julio Romanis tributaria facta est. i. Cantium Suthsaxonum regnum, & Atrebatum regio. Secunda est Flavia quam haud dissimili coniectura ductus iudico fuisse, quæ à Vespasiano ex Flavia gente orto bello lacepsita & edomita est. i. Vectem insulam, & quæ postea in VVesthsaxonum regnum abiit. Tertiam, Britannia Primæ nomen sortitam eam reor Britannia partem, quæ à Tamesi ad Vallum extendebatur. Quarta, Britannia Minor & Secunda dicta ipsa Scotiam cõplectitur. Restat igitur necessario Cambria Valentia (quæ quintam efficit provinciam) nomine cõtineri: Ammianus tamen scribit eam provinciam quæ à Theodosio Valentiniani duce, depulsis Pictis & Scotis recepta est, ab Imp. Valentiã vocatam fuisse. Has autem provincias Britanos incoluisse et nostrates, & Romani scriptores litteris perdidere: nec ullus unquam præclari nominis author

author extitit qui aut Pictorū, aut Scotorum ante Vespasiani tempora circa annū Dominicæ incarnationis 72. meminit, quo tēpore regnante in Britannia Meurigo sive Mavo aut Arvirago nostri annales referunt pyriticā quandam gentem ex Suetia aut Norvvegia duce Rhythercho in Albaniam applicuisse, omniaque latrocinijs usque ad Caerleyl devastasse: ubi à Meurigo prælio victus cum magna suorum parte occubuit, qui verò prælio superfuert ad naves fuga elapsi in Orcades & Scotlandiæ insulas, ubi longo tempore quiescere, se substraxere. Hos autem vernacula lingua Phichtiaid. i. Phichtianos appellant: ita etiam & Scotica & propria lingua vocantur. Igitur haud verisimile est illos à pingendis corporibus sic à Romanis dictos, cum priusquam Latinis cogniti essent hoc nomine vocabantur. Nec hi sed Britanni ut Cæsar & alij referunt, corpora glasto in cæruleum colorem, ut hostibus terribiliores videntur, pingere soliti: & nobis in hūc diem (quod antiquitatem probare videtur)

cæru-

cæruleus color Glās dicitur, quo nomine & herba illa plantagini haud dissimilis & mercatoribus nunc optimè cognita nuncupatur. Præterea qui Romanorum primi horum meminere, non Pictos, sed Pictones eos appellabant. Hi verò ut superius dixi postquam vires accrescebant ex hijs insulis pastoribus & agricolis per Albaniam suis Coreaceis navigiis (quales nostrates piscatores hodierno die in usu habent) inveci insidiari soliti sunt: donec circa annum Domini 290. cum Romani & Britanni civili bello ob purpuram à Carausio & postea ab Allecto indutam vexarentur, in Cathanesiam & Caledoniam populariter migravere, expulsisque Britannorum pastoribus vocatisque in auxilium Gathelis (qui & Scoti vocantur) ex Hibernia, Britannos aperto Marte lacessere ausi sunt. Scotos verò Ivernorum prolem & ipsi & omnes optimè norunt eodemque nomine à nostratibus scilicet Guydhyl appellatur: quod etiam antiquis fuisse huius gentis nomen ipsorum historiae fatentur. Hanc verò gentem ex

Canta-

Cantabria in Iverniam transfretasse, ibique sedem posuisse, & nostri & eorum scriptores memorie prodidere: unde verò Scotorum nomē accepere, certè ignoro. Nam Aegyptiacas Scotæ fabulas penitus rejicio. Eadem lingua idemque cum Ivernīs mores, idemque Britannis nomen illinc eos venisse satis probare videntur: Nam Meridionales non verè Scoti, sed ex Anglis oriundi sunt, quorū maximā multitudo Gvilielmum Normaniæ ducem fugientes, Scotiam elapsi sunt: & Anglica origine in hunc diem gloriantur, cum veri Scoti ab illis & Anglis pro barbaris & incultis habentur. Hæ inquam gentes ab hoc tempore usque ad Honorij imperium circa annum salutis 420. latrocinij & incursionibus Borealem Britanniam infestavere. Quo verò tempore vocatis ex Hibernia auxiliaribus copijs dūce (ut & Gylidas & Beda asserunt,) Reuda quoddam regnum in Occidentali Albanie parte sibi constituere. Picti verò Orientalem plagam occupavere: unde primò cum Romanis & Britan

nis,

his, postea cum Anglis & Danis aliquando confederatæ, aliquando singulæ diversa bella gessere, donec tandē circa Annum redempti mundi 840. à Kennetho Scotorum rege Picti omnes dolo deleti sunt, ita ut & eorum nomen & regnum in Britannia esse desijt. Scoti verò eorum regionem suo regno addidere: quod in hunc usque diem in Britannia satis celebre est.

Hæc habui quæ de Scotis & Pictis secundum veritatem historię dicerem, quamvis benè cognosco fabulatorem in levissimum Boethium eos in Britannia regnasse, Anno ante natum Christū 300. impudenter affirmare. Totque reges, tot bella fortissimè ab eis cōtra Romanos gesta, tot leges saluberrimas ab illis optimè institutas in Britannia fingit, quot nec Lucianus in suis narrationib. nec author libri Amadis de Gaule, nec ingeniosus Ariostus in suo Orlando unquam pro fabulis nobis commendavere. Et ut hominem impurissimum suis depingam coloribus, fucumque & præstigia

p̄stigia quib. omnium oculos perstringere
 conatur aperiantur, aliquas eius vanis,
 nugas, & omnibus cordatis pro menda
 cijs cognitās leviter attingamus. Aegy
 ptiacas & Scotici generis in Britan
 nia regum fabulas ante Cæsaris adven
 tum sicco pede prætereo. Cæsarem af
 firmat à Scotis victum è Britannia au
 fugisse: postea verò legatos ad Scotos et
 Pictos ad amicitiam eorum petendam
 misisse, tandem hanc Caledoniam syl
 vam arma duxisse Romana. Augustum
 etiam ad Metellum Scotorum regē ad
 pacem petendam suos nuncios ablegas
 se. Cataracum præterea Britannum &
 Cynobellini regis (ut Dion clariss. au
 thor refert) filium, Scotiæ regem facit.
 Brigantes, Siluros & Ordovicos Sco
 tos fuisse affirmare haud veretur. Clau
 dij Imperatoris expeditionem pericu
 lis plenam, & bella maxima cum Gano
 Orcadam rege gesta describit. Voadi
 ciam nobiliss. Icenorum reginam, cuius
 præclara in Romanos facinora Tacitus
 & Dion mundo cognita fecere, Veu
 sum Brigantum regulum, Cartiman
 duam-

duam reginam Scotos fuisse scribit. Et
 ut tandem finiam: nihil unquam in Bri
 tannia aut Romani, aut Britanni forti
 ter, aut sapienter gessere, quod non hoc
 monstrum hominis suis fictis, & ad id
 temporis mundo incognitis Scotis at
 tribuit. Tacitè verò non solum mentem
 sed & integras orationes libro suo in
 servit, semper tamen nomina nationum
 & civitatum tanquam maleficus falsari
 us omni pudore deposito immutans,
 Cæsarem ait & Tacitum hæc de Pictis,
 illa de Scotis scripissè, & eas gentes tot
 & talia gessisse: cum apud hos nobiliss.
 authores Scotorum aut Pictorum no
 mina nusquam inveniantur: Nec verifi
 mile est Cæsarem virum prudentiss. cum
 Britannorum etiam Ivernorum status
 & mores exquisitè didicisset, Scoto
 rum & Pictorum si tunc temporis in
 Britannia fuissent nomina silentio præ
 terijssè, maximè cum ad eorum reges le
 gatos suos misisset. Tacitū etiam virum
 clariss. Britannicæ, & gentium et status
 scientiss. cum soceri sui Agricola in Al
 baniam expeditiones describit, & eius
 F regionis

regionis pagos, populos, portus, & stramina suis nominibus depingens, Regulique Hibernici cuiusdam ab Agricola accepti meminit, non credibile esset, Scotorum & Pictorum, cum quibus illud bellum gessisse Boethius eum fingit, nomina penitus ignorasse, cum ubique Albionis incolas Britannos appellare visus est. Honorabiliusque multo fuisset Agricola viro claro, quem Tacitus scriptis clariorem efficere conatur, incognitas & anthropophagas gentes (ut Scotos longo post tempore fuisse probabitur) quam Romanis satis notos Britannos bello vicisse. Dion etiam vir Consularis, et Severo Imperatori familiaris, idemque chariss. dum eius in Britannos expeditionem pluribus verbis demonstrat, nullibi Scotorum aut Pictorum meminit, cum omnes norunt Severum in Albaniam omnem belli vim transfussisse, nam inquit Dion, Meati & Caledonij duo Britannorum genera à Romanis defecerunt, & Severus convocatis militibus iussit ut regionem eorum invaderent, atque omnes quibus occur-

rissent

rissent interficerent, idque præcepit his verbis:

(*cruentam,*

Nemo manus effugiat vestras, cademq;

Nò fetus, grávida mater qua gestat in alvo,

Horrentem effugiat cadem.

Severus Caledoniam ingressus, nullum prælium gessit neque copias hostiù instructas vidit: tandem per omnem terram hostilem vectus, amissis non bello, sed aquis & inedia ex suis 50000. revertit ad socios. Si Scoti tunc in Britannia fuissent, noluissem amicus Imperatorem nimis ambitiosum, nec post hunc Herodianus qui eandem expeditionem satis longa oratione descripsit sua laude fraudari. Apparet igitur luce meridiana clarius, Scotos hoc tempore circa Annum Dominicæ incarnationis 202. in Britannia nullas sedes habuisse. Præterea neque Eutropius, nec Spartianus, nec Capitolinus, nec Lampridius, nec Vopiscus, nec Aurelius Victor, qui omnes Romanorum Imperatorum in Britannia expeditiones & bella litteris mandavere, usquam Scotici aut Pictici nominis mentionem fecere.

Quoniam hæc argumenta sufficientia esse ad Boethij meras nugas condemnandas duxerim, duas tamen eius historiarum longa oratione, & sex quipedalibus verbis ab authore expositas, levi manu attingam, sed obsecro.

Spectatum admisi, risum teneatis amici.
Scribit libro suarum fabularum secundo, Ptolemæum Philadelphum Aegypti regem Oratores suos ad Reutham Scotorum regem ablegasse, ut ex cognitis hominibus utpote ex Aegyptijs originem ducentibus, Regionis situs & figuram, gentisque mores cognosceret, ut operi cosmographicae suo, quod iam in manibus habebat, ea omnia infereret: qui Oratores humanissime excepti, per omnes Scotorum Pictorumque oppida & regiones ducti sunt, tandemque multis muneribus donati, ac in Aegyptum reversi sunt. O lepidum caput: & ingratisissimus Ptolemæus, & maximorum donorum immemor, cui post in tam longinquas regiones missos legatos ferè nullum pagum, immo nullum oppidum totius Britanniae in illo claris. opere

(non

(non à rege sed ab alio Ptolemæo, longo post tempore Pheludensi doctis. philosopho edito) innominatè relinquit: solum cognatos suos charis. Scotos & cum eis Pictos tenebris suis obvolutos relinquit: nec nomina eorum dum totam Albaniam accuratè describeret libro suo inferere dignatus est. Imo Boethe placulum est credere, tantum regem si legatos suos eò destinasset, cum omnes Albanie civitates & populos enumerat, gentis nomen ignorasse, & in eius regionis situ ita à vero aberrasse. Imo qui hoc claris. opus circa Annum nostrae redemptionis 140. ædidi, nullibi Scotorum nec Pictorum (qui tunc toto orbi incogniti erant,) meminisse visus est. Hijs omisissis ad secundam fabulam accedamus, quo verum tibi optime lector risum an nauseam moveant incertus sum. Gyllum quendam Scotiae regnum vi occupasse ante Cæsaris in Britanniam adventum scribit: qui post multa à se crudelia facinora commissa, tandem ab Eveno legitimo hærede, duce quodam Cadallo in Hibernia cruento prælio

victus, & postea occisus est. Huius (inquit) cladis quia incolæ in Hibernia Al-
bionensium Scotorum armis sunt affi-
cti, Claudianus poeta, alijque scriptores
meminerunt. Claudianum clariss. poe-
tâ, qui vixit sub Honorio anno post in-
carnatum verbum 410. Scotici belli la-
Gyllum authorem facit: nec ei absurdum
hoc videtur qui alibi Cæsare dictatori
& Tacitû, suorum figmentorû parente
impudenter affirmat. Scripsit rever-
Claud. de bello Gyldonico in Africa
Masticele Gyldonis fratre, & Honorio
in hac expeditione adversum fratrem re-
bellem, duce facto. Sed obsecro mi Hi-
stor? an hæc serio, an data opera ut inde
reliqua iudicaretur affirmasti? uel te me-
dacijs tuis facile omnib. illudere credi-
disti? Hic Gyldo Gothus, nõ Scotus se-
rat: Bellû in Africa, nõ Ivernia gestum
Vixit hic visibilis tyrannus ann. Christi
398. Tuus verò factiti⁹ et invisibilis Gy-
lus, ante hunc plusquam 400. floruit
fingit. Præter hæc insulsa & insipida
mendacia, omnem cognitione & Drey-
dum disciplinam ad Scotos primû per-
venisse

venisse affirmat: cum viris in historia-
rum lectione exercitatis facile liquet
Celtis & Britannis philosophiam &
meliores disciplinas, longè ante Græ-
cos & Latinos communes fuisse. De
saluberrimis legibus & optimis institu-
tis, quas Scotis falsò attribuit, Solinum
& Melam Ivernorum mores pingenti,
legentibus veritas elucescet. Et ex
Divo Hieronymo, cui magis fiden-
dum quàm Boethio, liquet suo tempo-
re, id est, circa Annum verbi salutiferi
400. Scotos humanis carnibus vesci so-
litos. Quid inquit de reliquis loquar
nationibus? cum ipse adolescentulus in
Gallia viderim Scotos humanis vesci
carnibus: & cum per sylvas porcorum
greges, & armentorum, pecudumque
reperiant, pastorum nates, & fœmina-
rum papillas, abscindere, & has solas
ciborum delicias arbitrari. Idem
Scoti quasi Platonis Kempublicam se-
quentes, nullam propriam habent con-
iugem, sed pro libidine (inquit) more
pecudum lasciviunt. Hæc ille.

Cum igitur constat ex hoc veridico

authore tam barbaros suo tempore fuisse: haud verisimile est illos tot centenis antea annis quot fingit Boethius, optimis legibus & institutis rectos fuisse. Nec ego hæc scribo, ut Stoicæ gloriæ aliquid detraherem, cum optimè norim hanc gentem, postquam Christianam religionem, deposita barbarie, ut reliquæ nationes leges & iura sanctè coluisse: cum nostris Cambriis miro amicitiae vinculo adeò connexa, ut in multis bellis altera gens alteri subsidio fuisse legimus. Agnosco etiam multa ab eis & prudenter & fortiter in Britannia, Gallia & Italia gesta fuisse, Anglosque fortissimè gentem rarè Scotos bello petiisse, quin illi totis viribus prælio cum eis decertare (quod nec vecordium aut ignavorum est) parati sunt. Sed tantum hæc scribo, ut veritas historiæ elucescat: Scotique ipsi hunc fabulatorem contemnant: contentique sint, se cum Saxonibus, Francis & Anglis clariss. nationibus Orbi Romano primò innotuisse. Iam quid classici authores (quibus nobis & illis fidendum) de Pictis & Scotis memoriæ tradi-

tradidere videamus.

Prima igitur Romanorum (quos ego novi) Mamertinus in Panegyrico Maximiano dicto Pictorum mentionem fecit, his verbis. Et sanè non sicut Britannicæ nomen unum, ita mediocris iacturæ erat Reip. terra, tanto frugum ubere, tanto læta numero pascuorum, tot metallorum fluens rivis, tot vestigalibus quæstiosa, tot accincta portubus, tanto immensa circuitu: quam Cæsar ille auctor vestri nominis cum Romanorum primus intrasset, alium se orbem terrarum scripsit reperisse, tantæ magnitudinis arbitratus, ut non circumfusa Oceano, sed complexa ipsum Oceanum videretur. Sed enim illa ætate nec Britannia ullis erat ad navale bellum, armata navigijs, & Romana res inde iam à Punicis Asiaticisque bellis etiam recenti exercitata piratico, & postea Mithridatico non magis terrestri quàm navali usu vigebat. Ad hoc natio etiã tunc rudis, & soli Britanni Pictis modo & Hybernis assueta hostibus adhuc feminudis, facillè Romanis armis, signisque

cesserunt, prope ut hoc uno Cæsar gloriari in illa expeditione debuerit, quod navigasset Oceanum. Hic solos Britannos Insulam habitasse affirmat, & Hibernenses qui postea Scoti dicti sunt, appellat. Alius ite Panegyricus ad Constantinum Augustum, Pictorum meminit ut sequitur. Neque enim ille (de
 » patre eius Constantio loquitur) tot tantisque rebus gestis non dico Caledonum aliorumque Pictorum sylvas &
 » paludes, sed nec Hybernia n proximam,
 » nec Tylen ultimam, nec ipsas, si quæ
 » sunt, Fortunatorum insulas dignatur
 » acquirere. Hucusque Panegyricus. Scripsit hæc circa annum 320. post natum Iesum, quo tẽpore videbantur Pictones ultimas Scotiẽ partes colere cœpisse. Post hunc Ammianus Marcellinus Scotorum primus Latinorum meminit, anno Salutis 364. Consulatu verò Constantij decies, terque Iuliani, in Britannijs cum Scotorum Pictorumque gentium ferarum excursu, rupta quiete, cõdicta loca limitibus vicina vastarentur, et postea, in vita Valentiniani & Valentis:

Lib. 20.

ait,

ait, Hoc tempore, velut per universum Lib. 26.
 Orbem Romanum bellicum canentibus
 buccinis, excitæ gentes sævisimæ limites sibi proximos persultabant. Gallias,
 Rhetiasque simul Alemanni populabantur, Sarmatæ Pannonias, & Quadi: Picti, Saxones, & Scoti & Attacotti Britannos ærumnis vexavere cõtinuis. & postea, Eo tempore Picti in duas gẽtes divisi Deucalidonas & Veturiones, itidemque Attacotti bellicosa hominum natio & Scoti, per diversa vagantes multa populabantur. Gallicanos verò tractus Franci & Saxones, &c. violabãt. Ex hijs apparet quantis in tenebris res Scotica demersa sit, nã Boethius nullibi Attacottorum (quos Albaniam incolas, & Scotice originis fuisse ex hoc authore patet) meminit. Verisimile igitur est paululum ante hæc tẽpora Scotos & Attacottos (qui postea in Scotorum nomen abiere) ex Hibernia & Hebridibus, Pictos verò ex Orcadibus ubi antea delitescabant, in Albaniam isto foedere venisse: & Romanos Britannosque bello petivisse, & nunc victores, nunc victi è prelio decessisse.

Lib. 27.

Nam

Nam paulo post Ammianus refert has gentes à Theodosio strenuiss. Valentiniani duce victas, & ex provincia Romana fugatas quiescisse. Nec minoris sed potius maioris gloriæ erit Scoticæ genti nunc quam antea invitæ Romanis rerum dominis sibi sedes in Britannia quæsiuisse: idque non ex fabulosis & vanis Goethij (& eius generis) scriptoribus, sed ex classicis authoribus resque Britannicas optimè cognoscentibus probari posse. Post hos verò Claudianus poeta doctiss. harum nationum diversis in locis mentionem facit, ut de bello Getico,

Venit & extremis legio pratensa Britan-
nica

Quæ Scota dat frena truci, ferroq; notata
Perlegit exanimis Pictò moriente figuræ.

Et in Panegyrico ad Honorium,

Ille leves Mauros, nec falso nomine Pi-
ctos

Edomuit. Scotumq; vago mucrone sequen-
tis.

Et de quarto Honorij Consulatu,

maduerunt Saxone fuso.

Orcades incaluit Pictonũ sanguine Thule.
Scotorum.

Scotorũ cumulos flevit glacialis Hyberne.

Quis unquam planius exposuit natale solum utriusque gentis: nam Pictones à Thule. i. insulis Septentrionalibus. Scotos ab Ivernia nuper venisse ostendit. Et alibi in Panegyrico ad Stiliconem Britannia loquitur,

Me quoque vicinis pereuntem gentibus, in-
quit

Munivit Stilico, totam cum Scotus Hy-
bernam

Movit, & infesto spumavit remige Fethys
Illius effectum curis ne bella timerem,

Scotica, ne Pictum tremere, &c.

Hinc manifestè apparet Scotos hoc tempore scilicet Anno Salutis 410. nullam certam in Britania sedem possedisse, sed ex Ivernia irruptiones facere consuevisse, & pedetentim Boreales Insulæ partes domuisse: & expulsis ob metum accolis, tandem regnum ibi constituisse sub Valentiniano iuniore Anno Dei incarnati 444. cum iam Romani Britannicæ curam abiecere.

Hæc habui quæ de origine Scotorũ
& Pictorũ

ALBANIA & Pictorum breviter dicerem. Nūc vē-
rò me ad Albaniæ descriptionem accin-
gam. Separatur ab Anglia Tueda flu-
vio, Cheviota monte & riuulis quibus-
dam ab eo in Solvathianum æstum de-
fluentibus. Primi populorum veniunt
Gallovidiani, olim Novantes (non Bri-
gantes ut antea demonstratum est) à
Romanis dicti. Horum civitas Leuco-
pibia Ptolemæo, nunc Caerleyl dicitur:
& in ipso limite utriusque Regni sita
est. Proximi hijs erant Gadini ad Glo-
tam amnem, quem alij rectius Cluydam
dixere: nomen tamē eius ob linguę dia-
lectum aliquando Gluyda (unde & il-
le Glotæ error inserpsit) effertur. Super
hunc olim ædificata fuit à Britannis
clarissi. civitas Caer Alchuyd vel Arc-
luyd. i. civitas super Cluydam dicta, quę
nunc à Scotis Dounbritton, à Britan-
nis iterum hanc circa Annum Salutis
800. restaurantibus (ut alibi dicitur) vo-
catur. Supra autem hos versus orientale
mare est regio quę nunc Landonia &
Merchia, olim Breunicia, & à Pictis
Pictlādia dicta. AD Ione Mæatæ hic po-
nuntur,

nuntur, nam (inquit) ultra Murū Mæa-
tæ ad Caledonios usque habitant. Pto-
lemæus Vacomagos ultra Tuedam po-
suit. Hunc limitaneum murum Adria-
num Imperatorem primò extruxisse per
80. miliaria refert Spartianus. Alium e-
tiam cespitium murum Antoninum
ibidem inter Britannos duxisse author
est Capitolinus. Severum verò ultimò
omniū Vallo à mari usque ad mare du-
cto provinciā Romanorum à reliquis
destruxisse Britannis oēs uno ore faten-
tur. Vnde et nostrates Murseverus. i. mu-
rus Severi, & alibi Gual Severus. i. Vallū
Severi in hunc diē vocant. In hac regio-
ne sita est Edenburgum Scotorū Regia
olim ab Eboraco Britānorum rege cō-
dita, & Castell mynyd agned. i. Castellū
mōtis Agneti, postea verò Castellū vir-
ginum dicta. Aestus ille nūc Forthea di-
ctus Mare Picticū & postea Scoticū di-
cebat. & hucusque Northumbrorū re-
gnum extendebatur. Tacitus hūc Bodo-
tuā (quāvis Polydorus Levinū amnē in
Cluydam è Lacu Lomundo fluentem
ita appellat) vocat. Nam (inquit)
Glota

Glota & Bodotua diversi maris æstus per immensum evecti angusto terrarum spacio dirimentur. Igitur Bodotua in Glotam non fluit, nec flumen sed æstus est: igitur Levinus esse nullo modo potest. Ultra hos æstus Caledonij nobilissima Albania gēs habitabat, ubi nunc mediterranei Scoti habitant. Ab oriente erat Horestia nunc Angusia Fisa & Mernia: ab occidente verò erant Epidij, & magis Septétrionales Creoni. Et post hos Canovaci, ubi nunc Lennoſia & Argadia & Lorna, Loguhabriã Carini, Strathnaverniam Logi: & ad alterum mare Moraviam & Rosſiam Cauti, & Sutherlandiam Catheniamque ultimi omnium Cornabij habitavere. Quod verò scribit Boethius Moraros tempore Claudij Imperatoris in Scotiã classe devectos falsissimum esse ex historijs liquet. Nam Slavorum gens è quibus Moravi initium sumpſere, mundo usque ad tempus Mauritij Imperatoris circa annum Domini 600. incognita erat. Et Marcomanni & Quadi illa loca incoluere: quæ postea anno 900. sub Arnulpho

nulpho à Zuentebaldo Slavorum rege Moraviæ regnum appellari cepere.

Extra Scotiam in Oceano Germanico sunt Orchades insulæ, quarum maxima Pomonia dicta est. Ex altera verò Albanix parte in Mari Vergivio (quod Britani Norvveridh quasi mare Hibernicum vocant, & unde antiquum vocabulum Vergivium defluxisse reor) sunt Hebrides insulæ numero 42. alijs Eubonia. Eubonia. HIBERNIA. alibi dicitur. Nec procul hinc distat Hibernia insula à nostratibus Yvverdhon, ab incolis verò Verni dicta. Vnde multò melius eos fecisse qui eam Iverniam ut Mela & Juvenalis Satyra 2. aut Ierna ut Claudianus & Dionysius, quam qui Hiberniam, scripsere reor. Eorum incolas cum Scotis Britanni eodem nomine Guydhyl nuncupant.

Finita igitur Scotiæ cum insulis adiacentibus descriptione, ad Cambriã territiæ Britannix partem procedamus. Hęc à Lhoegria Sabrinia & Dea fluminibus separata, omni alia ex parte Oceano Vergivio sive Hibernico cingitur. No-

menque traxisse nostri annales referunt à Cambro tertio Bruti filio: quemadmodum Lhoegria à Locrino, Albania ab Albanacto eiusdem filijs. Hæcque sola cum Cornubia Britanniæ regione sui antiquis incolis gaudet. Cæbri lingua utuntur Britannica, gnesijque Britanni sunt. Et quavis aliqui scribunt Valliam non citra Vagam annæ fines suos porrigere, hoc nobis fraudi esse non potest, nam non Valliam noro & adhuc Cambris inusitato vocabulo, sed Cambriam describendam suscepimus. In Northvallia Cæbri antiquos limites servant. In Southvallia verò Angli trans Sabrinam eventi omnem terram inter eam & Vagam occupavere. Itaque totus Herfordiensis pagus & Danica sylva, Glocestrensis, magnaque & Vigorniensis & Salopiensis conventus pars cis Sabrinam Anglis hodierno die habitantur. Hæ autem regiones cum Fluitensis & Denbyghiensis quibusdam angulis sub Merciorum regibus olim fuere. Nostratesque in hunc diem accolæ Guyr y Mers. i. Mercie viros appellitât. Nam Offa potentis Merciorum rex an. verbi

incar-

incarnati 770. ut limites sui regni versus Britones Cambros melius dignosceretur, profundis fossam cum vallo admodum alto ab æstu Devano paululum supra Filicis castrum, per montes altis, vales profundis, paludes, rupes & flumina ad ostium Vage, quasi centum milliaria deduci fecit. Hæc antiquum retinens nomen (nam nostratibus Cludh offa. i. fossa Offæ dicitur) omnibus in locis per huius terræ tractum facile perspicitur, omnesque ferè urbes & villæ ad Orientale eius latus situatæ sua nomina in ton, vel ham, finientia habent. Unde patet Saxones ibi olim habitasse: Quavis nunc Cæbri omnibus in locis trans fossam illam versus Lhoegriam sedes suas posuere. Huius regionis incolæ vernacula lingua Cymbry dicuntur. In qua voce litteræ b. soni vis, vix cum profertur sentiri potest, hoc nomen fuisse antiquis. & etiã Cambriæ Angliæ regionem illinc denominatam fuisse verisimile est.

Cum ego Cymbros que cum Romanis tot Cymbri. cruenta bella gessere eodem nomine quo nostrates dici viderem, in mentem subjicit,

G 2 quid

quid optimi authores de eiusdem gētis origine sentiebāt inquirere: Ijsque perlectis, multa inveni quibus persuasus hanc gentem Britannicam fuisse affirmare ausim. Primum nomen cū nostratibus commune: deinde lingua eadem: quod maximum argumentum est. Nam Plinius lib. 4. cap. 13. inquit, Philemon Morimarussium. i. à Cymbris vocari. i. mare mortuum usque ad promontorium Rubeas, &c. Nostrates mare mortuum sua lingua Mor Maru dicunt. Germani verò, nec Dani, nec Suenones, nec Slavi, nec Lithuani, nec Lyvones, hæc vocabula agnoscunt, igitur nullus harum nationum Cymbros fuisse manifestum est. Cymbri nostri ita loquuntur, igitur eiusdem nominis & linguæ fuisse constat. Præterea Plutarchus in vita Marij affirmat eos ex remotissima regione decessisse, & unde venissent quove irent non cognosci, sed tanquam nubes cum Teutonibus in Gallia & Italiam irrupisse. Romanosque ex eo arbitratos fuisse Germanos, quod magno corpore horrendisque oculis essent.

Hæc

Hæc ille. Cū igitur ignotum reliquit eorum originem, nostrique annales referunt Britannos cum Germanis Borcalibus maximam semper habuisse consuetudinem, verisimile est Britannos Cymbros in Daniam traiecisse: unde & Cymbrica dicta est, deinde iunctis sibi Teutonibus in Romanos bella movisse, primoque Papirium in Illyrico cū exercitu fudisse. Deinde Aurelium Scaurū in Gallia cum legionibus vicisse. ipso à Belo rege (quod nomen Cambris in hunc diem familiare est) occiso. Præterea prope Rhodanum Manlium & Cæpionem profligasse, Romanorum 12000. interemptis. Tandem ad Athesim in Italia à Mario ferè ad internecionem cæsi sunt. Qui autem prælio superfuere, in Germaniam elapsi, in duas partes divisi sunt: quarum unam in Britanniam reversa Cymbricæ nomen dedit: altera verò Germaniam egressa ad mare Balteum confedit: & postea à Germanis Aestiones dicti sunt quorum linguam Britannicæ similem tradit Tacitus. Ad hæc porro confirmanda, in an-

ti quis. Britannicæ linguæ fragmento nuper legi maximum Britannorum exercitum olim in Daniū abiisse, qui post multa bella fortiter per magnā mundi partem gesta, nunquam reversus est. Sed quod multi affirmant hos Danicæ chersonesi accolas fuisse, inde falsum esse liquet, quod longè ante hæc tempora Dani, ut ex eorum historijs patet illam terram possederunt. Nec ullus Sucticus aut Danicus scriptor Cymbrorum unquam meminere. A Cymcrijs Bosphori cultoribus alij prognatos tradunt, sed nec nomen gentis, nec mores, nec regum nomenclaturæ conveniunt, quæ omnia, si ad nostros Cymbros respicias eadē sunt. Nā Clodic, Lhes, Bel, Lhud, Thudfach, Berich, quib. Cymbrorū reges vocati sunt, noīa sunt inter Britannos usitatif. Auri & argenti neglectus, corporum effigies, scuta, arma, gladij, etiam ænei, (qualium duos in concavis Northvallix rupib. nuper repertos aspexi) mulierū & sacerdotū honor, litādi hoīes Mercurio mos. Cymbrobritanos hos fuisse ostēdunt. Sicābros & postea

steā Frācos eorū plem (q̄ multi scribūt) haud negaverim, nisi q̄ eorum historici affirmāt eos 300. antea annis a Cambra Belini Britāniæ regis filia Antenori eorum regi nupta illud nomen accepisse. Igitur cōcludo Cymbros aut circa ea tēpora è Britannia egressos aut reliquias fuisse maximi exercitus qui cū Brēno ex Britānia & Gallia collecti in finib. Græciæ ad ea tēpora cōsederunt. Nā Brennū verum Britannū & Bellini regis fratrem Dunvalliūq; filiū fuisse cōstat, idq; nō solum nostri annales, sed nomen regiōis ubi cū Bellini fratre vir ambitiosus plio certavit, ab eo Brennich dicta. Etiam diversa flumina apud nostrates eo noīe decorata, & antiquif. in editif. mōtis vertice in Gvaina Castellū Duas bran. i. Palatium Brenni vocatum, huius rei argumenta dant. Præterea Rhitmi antiquif. in laudem Cornvænæ eorū matris extant, quod illa Brennum cum auxiliariis copijs è Gallia adversus fratrem venientem, nudato pectore & mammis fratri reconciliavit: quos quidam ita interpretatus est.

Proh dolor, hoc quid erit? num vos mea viscera turbant

Fraternas acies? que in illa causa movet?

Tota tenere nequit modi Britannia? quondam

Vos tenuit venter unicus iste meus.

Non vos materna lachrima? sparsitq; capilli?

Nec que suxistis ubera nuda movent?

Deinde fratres ambobus exercitibus junctis, per Galliam, Italiam invasere: Victisque Romanis, & capta urbe, ut Polybius refert, ex Italia abiere: Bellinusque in Britanniam, Brennus verò cum peditum 15000. equitum verò, ut Pausanias refert, 61200. Græcos adortus est, devictisque Macedonibus, Thessalis, Thracis, & Pœonis, reliquos verò Græcorum populos ad Thermopylas crudelitè prælio profligavit. Et cum tandem templum Apollinis Delphici spoliare conabatur, prodigiosè exercitus eius casu rupis maximè & imbribus cœlestibus ferè deletus est, unde Brénus dolore percussus sibi ipsi vir fortis. mortem conscivit. Nec me latet Polydorum de supputatione annorum conqueri, cum revera tempus cum Britannica historia opti-

optimè quadret. Quod autem duos Brennos facit, id extra fidem est: quando nullus ante eum scriptor id unquam memoriæ tradidit. Et de vera ætatis Mundi supputatione diversi authores diversa tradidere. Præter has rationes ex lingua ipsa, quo nullum certius argumentum, eos Britannos fuisse facile convincemus, Brenni que milites Britannica usos lingua probabimus. Nam Pausanias lib. 10. ita scribit. 20400. equites habuit secum Brennus, atque hæc equitum manus tota ad pugnam idonea: nã verior numerus fuere supra 60. equitum millia amplius 1200. nam singulos equites famuli sequebantur, duo in equis, & ipsi equestrium artium maximè gnari. In præliantibus dominis in extrema acie consistentes ei erant usui, ut si fortè equus esset amissus statim suum submitteret, si vir concidisset, servus in eius locum succederet, quod si utrumque belli impetus evertisset, iam præsto erat tertius qui pro demortuis locum tenebat. Si vulnera primarius ille accepisset, è secundarijs alter ex acie illum subdu-

,, cēbat, alter verò saucij vicē obibat. Atq;
 ,, hanc quidē equestris pugnae institutio-
 ,, nē voce patria Trimarchisiā nominant:
 ,, equum enim Marchā appellant, hucusq;
 ,, Pausanias. Quid planius dici posset? Bri-
 tanni nostri in hunc diē Tres masculini
 generis Tri, sœminini verò Tair, dicūt:
 Equū verò March' appellant: unde Tri-
 march, illis tres equi dicūtur. Ex his ne-
 cesse est fateantur oēs, aut Gallos Bri-
 tannica ufos loquela, (quod historiē fe-
 rē omnes negant) aut hos gnesios fuisse
 Britannos. Et paulo post affirmat Gal-
 los lingua sua, scuta patria Tyren ap-
 pellare, quo etiā nomine in hunc diem
 nos utimur, scutum Tariam puncupan-
 tes. Præterea scribit Athenæus, reli-
 quas Gallorum Bathanatio duce ad
 Istrum sedes posuisse, & postea in duas
 partes divisos, quarū unam Scordiscos
 dictos, in Hungaria habitasse: alteram
 verò Brēnorū nomine Alpes ad Bren-
 nerum montē in Tirolensi pago occu-
 passe. Et Appianus hos oēs Cymbrorū
 nomine cōplexus est. Quæ omnia osten-
 dunt Britannos fuisse: nam Bathynad
 nostra-

nostratibus, formatus Iudex est: Bath,
 em forma: Ynad, Iudex secundum à rege
 locum obtinens, nobis est. Nā mortuo
 Brenno hunc sibi Ducem eligere. Præ-
 terea Yscar nobis separare, et Yscaredic,
 separatos significat. Vnde hæc Gallorū
 pars cū à reliquis discessit, Yscaredic, un-
 de Scordisci, dicta est, Brenni ducis no-
 men servavere: et Brynn Britannicè mōs
 vel collis est, à quo vocabulo Brynner^o
 dictus est. Præter hæc, Gatheli sive Hi-
 bernici cum circa hæc tempora ex Can-
 tabria ad novas sedes quærendas per ma-
 ria vagarentur, Britānos oēs à famosiss.
 duce Brenno, Brennach dixere, quo no-
 mine nostrates in hunc diem appellitāt.
 Hæc de Brenno sufficere videntur. Et
 quod quidam Gallos affirmant Britan-
 nica lingua ufos, ex Gallicis vocabulis
 à Rhenano, Sidonio, & Lazio citatis
 falsis esse apparet. Satis tamen mirari nō
 possum lingue huius potentis gentis, cu-
 ius imperium Rheno Pyrenæis, Apenni-
 no, & Oceano terminabatur, nulla fe-
 rē vestigia inveniri? Antiquis etiā fuisse,
 ex Beroſo, Annio, Giabulario, & Po-
 tymon, Gallia e-
 stello

stello liquet: unde Gallia à pluvia, quod Hebræis Gal, & Britannis Glau dicitur, quasi impluviati, vel inſudati ab ipſo diluvio dicti ſunt. Hiſpani tamen quavis à Romanis, Cattis, Alanis, Vandatis, Gothis, Suevis & Mauris afflicti, in Cantabria, quæ nunc Biſcaia & Aſthuria dicitur (nam hi ſoli veri Hiſpani & Hiberi ſunt) ſuam antiquam linguam ſervavere. Nam quæ vulgò Hiſpanica dicitur, ex Latina, Gothica, & Arabica coaluit.

Sed hijs omiſſis ad noſtram Cambriam revertamur, quam vos vernacula lingua Cymbri dicemus. Hæc ut dixi ab Anglis ut Gyraldus ante 400. annos optimè annotavit, more Germanico VVallia dicta eſt. Nam cùm antiqui Teutones olim Gallos, quos VVallos vocabant externorum proximos habebant, evenit ut poſtea omnes peregrinos, & aliarum provinciarum incolas VVallos & VValiſeos denominarint quemadmodum in hunc uſque diem tã Gallos quã Italos Burgúdiõesq; VVallos appellant: & res quaſvis exoticas, VValshe,

VValshe, vocant. Hæc inquã regio quæ (ut Gyraldi verbis utar) adulterino vocabulo uſitatoque maius, ſed proprio minus modernis diebus VVallia dicta, 200. millia paſſuum in longum, circiter verò centum milliaria in latum continet. Longitudo namque à portu Gorrudin in Mona, uſque ad portum Eſkewyn in Venta quaſi per 8. dietas extendit, latitudo verò à Porth Mauri. portu Magno Meneviæ, uſq; ad Rhydelig quod Britannis Vadum Salicis, Anglis verò VVylovford dicitur, quaſi per 4. dietas expanditur. Montibus excelſis, vallibus imis, ſylvis immenſis, aquis & paludibus terra munitiſs. Adeo ut à tempore quo Saxones primum Inſulam occupaverant, reliqui Britonum qui in has partes ſeceſſerunt, non ab Anglis olim, nec à Normannis poſtea pugnari ad plenum potuerunt. Illi verò qui ad Auſtralem angulum, qui à ducis nomine Conaviæ nomen accepit ſe ſuſceperunt quod non eſt adeo munitus, rebelles eſſe nõ valuerunt, Tertia namque Britonum extantium pars, quæ Ar-

moricam

„ moricam Australem Galliaë regionem
 „ optimam, nam post Britannicū excidiū
 „ sed lōge antea à Maximo tyranno trans-
 „ lata est, & post multos & graves (quos
 „ Britannica iuventus cum ipso sustinuit
 „ bellicos sudores) ultimis hijs Galliarum
 „ finibus Imperiali munificentia est reinu-
 „ nerata. Hucusque Gyraldus. Hanc re-
 „ gionem olim à Britannis solis habitata,
 „ postea ab Anglis usque ad fossam Offæ
 „ coli cœpit, cum quib. Cambri usque ad
 „ VVilhelmi Normanni tempora innum-
 „ mera prælia habuere: sub cuius filio Hē-
 „ rico, Flandri è sedibus suis inundatione
 „ maris expulsi, Rosiam Demetiaë pro-
 „ vinciam, sibi possidendam acceperunt. Hij
 „ verò multis bellis à Cambriaë principibus
 „ lacepsiti, fortissimè se suaque tutati
 „ sunt, & in hunc diem et lingua & mori-
 „ bus à Cambris diversis, ibidem pro Flā-
 „ dris agnoscuntur. Reges verò Angliaë
 „ maximè Henricus primus, secundus &
 „ tertius hanc gentem vocatis in auxi-
 „ lium Scotis, Ivernīs, & Cantabris Ga-
 „ sconibus, mirum in modum continuis
 „ bellis lacepsiebant. Cambri verò sub tri-
 „ bus

bus regibus quos Principes vocabant
 disiuncti (quod sui excidij vera origo
 fuit) se suaque mordicus defendebant.
 Suthvalliaë tamen regiones quedam ut
 Rosia Morgania VVenta Brechinia &
 Povvissia pars à Roberto filio Hamonis
 claris Glocestriaë comitibus, Brusijs
 Bohunis, Bryano Gilfordensi, Adamo
 de Novomercatu, sed maximè omnium
 à Rogerio de Montegomerico & filijs
 suis Hagone in Mona occiso, Roberto
 de Belifino, & Arnulpho qui Penbro-
 chiaë castellū extruxit, & Fitzalnis O-
 sivaldię & Coluni dominis prælijs mul-
 tis edomitę in victorum ius abiere. Guy
 nedhia verò quavis eius pars que cis Co-
 novium est primo à Comitibus Cestriaë,
 deinde à Regibus prædictis ad Cludam
 amnem ferro & flamma oīa vastantibus
 diversis tēporibus labefactaretur depul-
 sis tamen post discessū Regum Anglis et
 castellis eorū solo equatis suos fines sem-
 p̄ tutata est donec An. Do. 1282. Edvvar-
 dus eius noīs prim⁹ maximo exercitu in
 Levelinū principē ducto, et Mona in-
 sula ab alio eius exercitu classe investo:

edomita, ex qua in Arvoniam munitif. naturali situ regionem, ponte ex Cymbis facto (eò loci ubi Agricola olim milites suos traduxit) evasit, ubi ambobus exercitibus simul iunctis, deletis prius maxima Gasconum & Biernorum cum diversis nobilibus multitudine, eã Anglici iuris fecit. Cum eodem tẽpore tertius eius exercitus Suthvalliam ducibus Comite Glocestriæ & Rogerio de Mortuo mari, multis Cambriæ regulis (qui principem averfabant sibi iunctis) devastaret, donec princeps ipse à multis suorum derelictus dolo Bueltorũ proditus haud procul à Vagã flumine ubi cum paucis militibus venerat à quodam Adamo Francton qui sub Helia VValvyn militabat, eum à suis longius uno solo armigero comitatus & inermis, cũ quibusdam illius regionis optimatibus qui inimicis hoc antea prædixissent, turpiter occisus est. Post cuius mortẽ, Cambri Anglici iuris facti sunt: principemque postea semper habuere Regis Angliæ filium, vel filiam deficiente masculo, natu maiorem. Hic autem Rex urbes

muris

muris lapideis circumdatos & castra extruxit, impositis in eis præsijs ex Anglia: ut Cambros in officio servarent: constitutis legibus ne Cambri libertatibus & immunitatibus quas Anglis ipse & sui posterii concessere gauderent: Sed multis edictis & decretis nimis severis adversus Campros maximè ab Henrico quarto (qui ob rebellionem cuiusdã Ovveni Vallis Dæ accolæ eã genti infestissimus erat) æditis, Angliæ reges eos sub servitutis iugo servavere, pro prijsque legibus abolitis Anglicas introducere: edictoque, ne quis in curijs aut scholis Cambrica lingua uteretur cauti sunt. Sermonis tamen antiquiss. honos ita valuit, ut nõ solum Cambri ipsi, sed etiam oppidorum Anglicorum per Cambriam habitatores nunc etiam Cambrorum nomine gaudentes, ea libenter utuntur: & terminos suos in Angliam trans Deam fluvium promovit, maximè à regni Henrici septimo prudentissim. regis initio in hunc diem: qui cũ esset ab avo Oeno Theodorĩ Cambro in Mona insula nato prognatus, omnes

H

Cam-

Cæbros multis quib. alij reges eos premebant, servilibus legib. liberavit, et eius filius potentif. rex Héricus 8. immunis ab omni servitute & Anglis omnib. in rebus confimiles fecit. Quibus rebus effectū est ut mores antiquos exuti, qui parcissimè vivere solebant, nūc ditiores facti, Anglos victu & vestitu imitantur, quamvis laboris impatientes, & nimium de nobilitate generis gloriātes, regis & nobilium famulatio potius q̄ manuarijs artibus seipfos dedunt. Vnde fit ut paucos per totā Angliam invenies nobiles quorū famulitij (qua in re Angli omnes gentes superāt) magna pars nō sit de Cæbria oriunda: nam hoies lacticius maximè educati, agilibus & benè cōpactis corporibus ad omnia munia agenda aptif. sunt. Præterea animis cū sint elatioribus, ac in summa paupertate nobilitatem generis agnoscentes, cultui corporum, (ut Hispani) magis quàm divitijs & gulæ dediti, aulicosque mores citissime discentes, ab ipsa nobilitate Anglica suis Anglis præferuntur. Nuper tamen urbes habitare, artes mechanicas

discere,

discere, mercaturam exercere, terram optimè colere, reliquaque omnia munia publica obire non secus ac Angli solent. Hac tamen in re eos vincētes, quod nullus sit adeò pauper quin liberos suos aliquo tempore scholæ ad litteras discēdas tradit, & qui studio proficiunt, in academias mittentes Iuri civili pro maiori parte operam dare compellūt. Vnde evenit, quòd maior pars eorum qui in hoc regno Ius civile aut Pontificum profitentur Cambri natione sunt. Paucietiam ex rudiori populo invenies qui legere & scribere proprium sermonem, cytharamque suo more pulsare nesciūt: Nunc etiam & Sacra scriptura & preces ecclesiasticæ in hac lingua impressæ habentur. Et quemadmodum olim gens, ut Tacitus inquit, iniuriarum impatientif. continuis pugnis & homicidijs inter se digladiabatur: Ita nunc ob legum metum quibus optimè obediūt, supra omnes gentes litibus & controversijs inter se usque ad omnium bonorum consumptionem contendunt.

Hæc de modernis Cambrorum moribus. Antiquos ex Gyraldo accipito.
 Scribit enim sic, Gens levis, gens aspera
 potius quàm robusta, gens armis dedicata tota: non enim nobiles hic soli, sed totus populus ad arma paratus habetur.
 Bellica tuba sonante non segnius ab aratro agricola quàm aulicus ab aula prorumpit ad arma. Nec enim hic ut alibi redit.

Agricola labor actus in orbem.

Solum quippe Martio & Aprili semel aperiunt ad avenas, nec bis in æstate, tertioque Hyeme ad tritici trituram terras vertendo laborant. Totus prope modum populus armentis pascitur. Avenis, caseo, lacte, & butiro, carne plenius, pane parcius vesci solet. Non mercimonijs, non navigijs, nõ mechanicis artibus: nec ullo prorsus nisi Martio labore vexantur. Pace tamen tutelę studēt & libertati. Pro patria pugnant, pro libertate laborant, pro quibus non solum ferro dimicare sed vitam dare dulce videtur: unde & in thoro turpe, in bello

bello mori decus reputant. Et hij olim reliquiæ Aeneadam in ferru pro libertate ruebant. De hij hoc etiam spectabile, quod nudi multoties cum ferro vestitis, inermes cum armatis, pedestres cum equestribus congregari haud verentur, in quo plerunque conficta sola sunt agilitate & animositate victores: illisque quorum poeta meminit, situ & natura haud dissimiles,

*populi quos despicit Arctos,
 Felices errore suo, quos ille timorum
 Maximus haud urget leti metus, inde ruendi
 In ferrum, mens prona viris, animiq; capaces
 Mortis & ignavum est reditura parcite vite.*

Luc. lib. I.

(et alibi) gens leviter armata, & agilitati potius quàm robustis viris confisa: Si hodie victa sit & cruentam in fugam turpiter conversa, cras nihilominus expeditionem parat: nec damni nec dedecoris recordata: etsi a pertis congressibus bello indicto non prævalet insidijs & nocturnis irruptionibus hostem gravat.

3, Vnde eum nec fame, nec frigore grava-
 3, ta, nec Martio labore fatigata, nec ca-
 3, sibus adversis in desperationē data, sed
 3, post lapsum statim resurgere prompta,
 3, bellique discrimina denuo subire para-
 3, ta, sicut prælio facilè sic bello difficile
 3, vinci solet: unde & Claudianus de gen-
 3, tis eiusdem natura loqui videtur, dicēs

sicorda parumper

Ad Eutro.
lib. 2.

*Respirare sinas, nullo tot funera sensu
 Prætereunt tantiq; levis iactura cruoris.*

Hæc ille, & plura, quæ breviter Deo
 favente in lucem edentur. Iam ad terræ
 descriptionē accedamus. Hæc terra post
 excidium Britannicum in sex Regiones
 dividebatur: sicut ex antiquis libro, de
 Legibus Britannorum scripto legi. Nā
 inquit, Postquam Saxones devictis Bri-
 tannis sceptrum regni & coronam Lō-
 dinensem adepti sunt, omnes Cambriæ
 populi ad ostium Devi fluminis ad Re-
 gem eligendum congregati sunt ac yno
 i Doethant Guyr Guynedh, à Guyr
 Povvys, à Guyr Dehenbarth à Reyn-
 nuc ac è sylluc, à Morganuc. i. & illuc ve-
 nere viri Guynedhiæ, & viri Povvisiæ,
 & viri

& viri Dehenbarthiæ, & Reynnuciæ, &
 Sylluciæ, et Morganiæ, & Malgunū, quæ
 alij vocant Maclocunium Guenedum
 in Regē eligere. Hæc circa Annum Do-
 mini 560. Postea tamen in miserabili il-
 la pugna contra Ethelfredum Northū-
 brorum regem memorantur Dynetiæ,
 quam Demetiam falsò vocant, Guen-
 tæ Povvisiæ & Northvalliæ reges. Ali-
 bi verò de regibus Strati Cluyde men-
 tio facta est. Itaque quod facilè colligi-
 tur hanc regionem diversis regulis sub-
 ditam usque ad tempora Roderici ma-
 gni qui monarchiā totius Cambriæ ob-
 tinebat, An. Salutis 843. & eā in tres par-
 tes dividens, trib. filiis possidendā reli-
 quit. Nā Mervinio (ut Gyraldus eū no-
 minat cui ego accedo) seniori filio,
 Guynedhiā, Anaraulo (quæ alij primū
 volunt) Povvisiā, Cadelho iuniori De-
 henbartiā dedit: & ut Gylde verbis u-
 tar, Cadelho cum populi totius benedi-
 ctioe accessit Suthvallia quam Dehen-
 barth, id est, dextram partem vocant.
 Quæ quanquam quantitate longè ma-
 ior, propter nobiles tamē qui Cābrica

Ychelvyr. i. superiores viri dicuntur, quibus abundabat, qui dominis rebelles esse solebant, dominumque ferro detrectabant, deterior esse videbatur. Hęc autem divisio (dum horum posteri intestinis bellis inter se, & externis singuli cum Anglis contendebant) Cambrorū regnū tandem pessumdedit. Præcipuū horum regnorum quod incolæ Guynedhiā, Angli verò Northvalliam, & Latini scriptores corruptè Venedotiā appellitant, hos antiquitus habuit limites, ab occidēte & Septentrione Oceanum habet Vergivium, sive Hibernicū, ab Africo & Notho Devium fluvium, quo à Suthvallia separatur. A Meridie & Oriente montib. excelsis aliquādo aquis à Povvisia et Anglia separatur usq; ad æstū Deæ fluminis. Hęc in quatuor regiones dividebatur, quæ 15. cātre dos (quam centum villas significat) continebant. Harum regionum præcipua erat Mōna insula (de qua alibi dictum est) & in ea erat regia Northvalliæ sedes in Aberfrau: unde Guynedhiæ reges, regū Aberfrau nomen habent. Nam in Le-

gibus

gibus Hovveli Dha (i. boni) Cambriæ & regis & legislatoris (quas ego & Britannica & Latina lingua scriptas vidi) decretum erat, quod quemadmodum Rex Aberfrau 63. libras tributi nomine regi Londini solvere debebāt: ita & reges de Dinesur & de Mathrafal tantum singuli illi solvere tenebantur: unde apparet hunc Regem fuisse totius Cambriæ præcipuum Principem. Circa Mōnam sunt insulæ parvæ Ynis Adar. i. insula avium, olim: nūc verò Ynis Moylrhoniaid. i. insula phocarum dicta: Anglicè verò Ysterid. Etiam Ynis Lygod. i. insula murium: & insula Seirial, Anglis Prestholm vocata. Secunda Guynedhiæ regio Arsonia, quasi supra Mōnam dicta, munitis. totius Cābrię pars. Montes & rupes habet totius Britannię altis. quos nos Yriri, Angli Snowdown. i. niviferos appellamus, vix aut altitudine aut armentorum copia Alpib. cedentes. Flumina etiam & stagna per plurima habet. Et ultra eius ultimū promontorium Lhynum vocatum, est insula Ptolemæo Lymnos, nobis Eulhi,

Anglis verò Bardesey. i. Bardorū insula dicta. In Arfonia, cōtra Monā fuit antiqua civitas Romanis Segontium, Britannis Caersegont à flumine præterfluente nominata. Nunc verò ex eius ruinis facta est ab Edvardo Angliæ rege eius noīs primo Nova urbs & castellū CaerArfon. i. urbs super Monā dicta. Nec procul hinc contra Monam est episcopalis sedes Banchoriensis: & super Conovium æstum ibi patientem Conovia, à nostratibus Aberconvvy nominata, murata urbs ab eodem rege cōdita. Sequitur Meridnia, quā nos Merionydh & Gyraldus Terram filiorum Conavi

» vocat. Hæc, (ut inquit ille,) magis est
 » totius Cambriæ hispida & horribilis,
 » montes altiss. habens. Gens utitur lan-
 » ceis longiss. quibus ut Suthvall arcu-
 » bus illi prævalent, ita ut lorice ferreæ
 » minimè carum vim sustinent. Hæc ille.
 Maritima eius ob miram ibi halecū cap-
 tionem, à diversarum regionum popu-
 lis frequentantur. In hac sita est harlech-
 chia urbs, super mare. Et in mediterraneis est ingens lacus Togidnis, per quē

Dea

Dea fluvius quem in Doverduvv. i. aquā Dei appellamus, fluit. Vbi notatu dignum, piscium quoddam genus illi stagno singulare, nunquam in fluvio inveniri, nec salmones in amne frequentes, unquam lacum ingrediuntur. In hac & Arfonia cervorum & caprearum maxima in excelsis montibus cernitur multitudo. Et hæ duę regiones ultimæ totius Cambriæ in Anglorum ditionem venire. Nec huius terræ populus intestinis incurfionib. assuetus ante nostra tēpora legib. rectè parere videbatur. Ultima Guynedhiæ pars à nostratib. Berfedvvlad. i. intestina et mediterranea regio vocata, Conovio fluvio (cui⁹ meminit Antoninus et Ptolemæus sub noīe Novij) ab Arfonia separatur. In hac super dictū fluvium sita fuit antiquiss. civitas Britannis Dygāvvy in Rossia, Anglis Gannok, & Tacito Cangorū noīe celebrata: unde huius regiōis incolæ Cāgi à Romanis dicebātur. Ptolemæus etiā Iangenorū p̄ montorij meminit, q̄ nunc Gogarth vocāt. Locus natura adeò munitus, ut vix humanis viribus capi possit.

Hæc inquam civitas ultimorum Britanniæ regum, cum iam potentia eorū inclinari cœpit, Regia erat, utpote Mailguni, Caduani, Cadvallæ (quem Beda eò quod crudeliss. inimicos bello prosequeretur immanem tyrannum vocat) & Cadvalladri ultimi Britannici sanguinis in Britannia regis. Hæc civitas Anno nostræ redèptionis 816. Regnante in Cambria Canano Dyndaythuy è cœlo tacta ita arsit, ut nunquam postea restaurari potuit. Nomen tamen adhuc loco permansit, & ex eius ruinis ædificata fuit Conovia. Præterea in hac regione in Rhyfaniaco ædificavit Henricus Laccius Lincolnæ comes (cui illam terram dono dedit victor Eðvvardus primus) fortiss. castrum, non solum naturali situ, sed etiam muris ex duriss. lapide miræ spissitudinis, totius Angliæ (me iudice) munitiss. Addiditque oppidum muris circūdatum, quod antiquo nomine Dynbechiam vocavit: quamvis posteri Denbighiam appellavere. Hæc elegans urbs & mea dulciss. patria, damarijs pulcherr. ferè circūdata in amœnissimæ

nissimæ vallis faucibus condita: omnibus quæ ad humanum usum necessaria sunt, affatim abundat, Montes, carnes & lacticia: Vallis fertiliss. optimâ segetem & herbam, dulciss. fluvij, & mare propinquum, pisces & omnia simul volatilia, omnis generis suppeditant, Vniæ & ex Hispania Gallia & etiam Græcia advecticia abundanter veniunt. Cū etiã primaria pagi urbs sit, & in meditullio regionis sita, Emporium est & frequentia hominum utriusque sexus & mercium totius Nortvalliæ celeberrimum. Habitatores utramque linguam in usu habent. Multisquæ à regibus Angliæ immunitatibus donati suis legibus reguntur. Vallis cui imminet hæc urbs, nobis Dyphryn Cluyd. i. Vallis Cluydæ dicitur: nam cum circa 18. milliaria in longitudinem, in latitudine verò alibi 4. alibi 6. habet. Ab Oriente, Occidente & Meridie montibus altis, à Borea Oceano vallatur. Medio verò amne Cluyda unde nomen habet, secatur, in quem diversi fluvioli è montibus sese exonerant: unde irrigua & lætiss. patra pa-

scuaquæ

Strad Alyn, Strad Tovvy, et huiusmodi multa. Vltimus horum princeps Dunvallonus contempto regno, Danis tunc totam Britanniam affligentibus Romam abiit anno post incarnatum verbum 971. ubi paulo post obiit. In Tegenia est miræ naturæ fons, qui cum à mari sex milibus passuum distat in Parochia Cilcēsi, bis in die fluit & refluit. Hoc tamen nuper observavi (Luna ab horizonte Orientali ad Meridianum ascendente quo tempore omnia fluunt maria) fontis aquam diminui, refluxumque pati. Nec procul hinc est celeberrimus ille fons à superstitioso Venefridæ virginis cultu nomen habens, qui è loco quem Sychnant, id est, siccam vallem appellant, subito ebulliens, magnum ex se emittit flumen, qui in Devanum æstum mox exoneratur. Hæc aqua præter quod muscum gignit gratiss. odoris, etiã humano corpori & lotione & potu saluberrimo, saporisq; optimi est, ita quod multi mortales in aqua loti, à diversis infirmitatibus etiam à nativitate insitiscurantur. Est præterea in Tegenia monumen-

numentum quoddam antiquiss. structuræ, in loco Pot Vary dicto, Romanis litteris & armis quondam nobilitatum. Vrbs quam Flynt. i. scilicem vocant, super Devæ æstum sita, non solum Tegeniæ sed totius pagi caput esse cognoscitur.

Descripta Guynedliia ad Povvisiam POVVISIA
 secundum Cambriæ regnū accedamus, quod tempore Germani Altisiodorensis ibidem contra Pelagianam hæresim olim prædicantis, potens fuisse ex eius vita dignoscitur. Cuius Rex ut ibi habetur, quod virum optimum audire recuserat, occulto & terribili Dei iudicio, cum regia & tota familia in terræ viscera absorptus est, quo in loco non procul ab Osvaldia est stagnum incognitæ profunditatis Llunclis. i. vorago Palatij in hunc diem dictum. Multæque ecclesiæ per illam provinciam nomini Germani dicatæ inveniuntur. Huius regni olim regia Salopia erat: sed Anglis eam occupantibus ad Mathraual quinque milliaribus à Pola Povvisiæ distantem locum eam transfulere. Habuit hæc regio

gio a Septentrione Guynedhiam, ab Oriente à Cestria usque ad Herefordiã, Angliam, à Meridie & Occidente Vagam flumen, & montes altiss. quibus à Suthvallia separabatur, & quia terra planior & Angliæ contermina, continuisque Anglorum, & postea Normannorum bellis lacepsita, prima Cambriæ regio hæc Anglicum iugum experta est. Homines tamen cum gignit, & robustos & quietis impatientes, homicidijs & excursionibus assuefactos, non solum Angliæ regibus, sed suis vicinis Cambrijs multa detrimenta & infinitos labores dabant. Posteaque inter duos fratres divisa, ut Cambrorum mos erat, labefactari cœpit: & ea pars quæ ad Septentrionalem Tanati, Murniæ & Sabrinæ partem, sita erat, ad Madocum unde Povvys Fadoc, vocabatur, devoluta est. Altera verò pars in Guenvvynvyni & dominium & nomen transijt. Prior verò Povvisiæ nomen perdidit, nam à Normannis devicta in victoribus abiit. Prima eius regio Mailoria, Dea flumine in duas partes scinditur, Saxo-

nicam

nicam scilicet & Cambricam, quarum illa Flyntensis, hæc Denbyghiensis pagus est, in qua est castrum Leonis nunc vulgo Holt dictum. Nec procul inde videntur celebratiss. (dum Britannorum gloria vixit) Banchoriensis monasterij ruina. In illo 2100. monachi optimè instituti, & in septem classes divisi Deo serviebant, quorum idiotæ & indocti & sibi & viris doctis & libris suis incumbentibus manuum suarum opera victum & vestitum quæritabant, & si quid superabundabat, illud pauperibus dividebatur. Emisit locus ille multas doctissimas virorum centurias, inter quos & pessim. hæresiarcham Pelagium domus illa evomuit. Et postea Augustini non Hipponensis episcopi, sed monachi superbissimi invidia et crudelitate Ethelfredi crudeliss. ministri opera, viri multò perfectioris (quàm ille fuit) instituti, è medio sublatis, & domus tota à fundamentis (cum nobiliss. & omni thesauro chariori, Bibliotheca) igne & ferro destructa est.

Longum esset recensere quid & Latini

& Britannici annales de huius viri intolerabili superbia scripsere. Cùm in solio regaliter sedens episcopis Britannis ad eum humiliter & mansuetè (ut christianos decebat) venientibus assurgere dedignabatur, quam rem illi videntes, hùc non Christi mäsueti & mitis. agni, sed Luciferi ministrum, (ut ex sacris litteris didicerunt,) asseverantes, domum conversi sunt. Ille verò ob hanc contumeliã, & quod Archiepiscopo Cantuarię à se constituto, & quod cum Romana ecclesia in quibusdam non convenirent, Anglorum odium ita in eos concivit, ut paulo pòst, ut dixi, ab Ethelfredo Ethelberti Cantij ab Augustino incitati opera & auxilijs, monachi pacem petentes crudeliter occisi: & postea Britanni duce Brochvello Povvisiæ rege victi sunt: Donec tandem Bletrusij Cornvię ducis Cadvani Northvalliæ, Meredoci Suthvalliæ regnũ copijs adiuti & Duneti Abbatis viri doctis. concione animati, quique iussit, (ut nostri annales referunt,) ut unusquisque terram oscularetur, in memoriam communio-

nis corporis Dominici, aquamq; ex Dea Nota. fluvio manu haustam biberet, in memoriam sacratiss. sanguinis Christi pro eis effusi, & ita communicati, memorabili prælio Saxones, occisis, ut Huntingtonensis refert, ex eis 1066 vicere. Carduanumque in Civitate Legionis regẽ creavere. Proximè sequuntur Iala & Guayna montanę regiões, in hac verò est antiquiss. illud Castellum quod Palatium Brenni in hunc diẽ vocatur. Et hæ Denbighiensis conventus sunt. Magis ad Boream sunt Stradalyn, à flumine Alino dicta, & Hopa Fluitensis pagi. Versus verò Salopiam est VWhittyntona, & Osvaldia emporium nobile: & Fitzalanorum antiquiss. in Anglia familię opera cuius patrimonij est, muris circumdata, hæ autem Salopię pago accedunt. supra hos ad occidentem super Deam fluvium sunt Edeyrmoni nunc Mervinijs additi. Et hi omnes hoc tempore Guynedij appellantur: cùm Povvisiorum romẽ apud eos deperditum sit. Secunda Povvisię regio continebat eam provinciam que nunc sola Povvisię no-

mine gaudet, & quæ olim latiss. patebat, iam tres tantum Cantredas continet, & tota est ad Borealem Sabrinæ fluminis partem, quod secundum Britannicæ flumen ex altissim. Plymnoniæ montibus ex eodem fonte cum Vaga & Rhidiolo scaturiens, per Arvvistli & Kedevven Povvisiâ perlabens, ad Salopiam se accelerat, deinde per Brugam, VVigornium, Glocestriam fluens, à qua non procul æstum patitur, interq; Cambriam & Devaniam Cornoviamque maris Sabrini nomé habet. Nostrates Hafren; & non Sevarne ut Angli appellitant. Povvisiæ caput & regia Matrafal dicta, nomen antiquum consumptis ædificijs obtinet. Et uno miliarî à Sabrina est oppidum solum illius regionis emporium, ab Anglis Pol; à Cambris Treillyn, Æst, urbs stagni vicino lacu denominatam, cui super eminent duo castella principum Povvisiæ olim opus. Hic principatus ad mulierem Havisiâ nomine, hæredario iure devenit, quæ Carletoni Anglo uxorupta Povvisiæ cum dominum fecit, ex qua

qua domo ad Boreales Graios tandem devenit. Proxima ei est Cadevenna nova urbs, & supra eam versus ortum Sabrinæ, Arvvistlia, Lanydlosia, urbibus cognitæ regiones. Magisque ad Occasum & Boream ad ortum Devi, Monthvvia, nunc Merviniæ portio, & Cefelioca Machaulhaitha oppido nota. Ex altera parte Sabrinæ sub Ceria regione, est castellum cum parvulo oppido quod Cambri Trefaldvryn, id est, urbem Balduini, Angli verò Montgomerum, à conditore Rogero de monte Gomerico vocant. Ab hoc oppido omnes hæ regiones iunctæ Montgomericensis pagus habentur, quæ regio olim generosorum equorum nutritrix præclara, nunc paucos emittit, & à Rogero prædicto filijsque suis viris bellicosis, mirum in modum affligebatur, donec Robertus læsæ Maieft. reus solû mutare cõpulsus est. Motosa est hæc regio, pascuisq; uberrimis armentis optima, multis aquis irrigua, hominesque gignit pceros, optimè formatos, ocio tamen & ludis inutilibus nimis deditos.

Vnde fit ut Anglos agricolas divites inter eos invenies, cum domini fundorum, qui omnem laborem fugiunt, pauperes sint. Hos verò sex pagos, Monam, scilicet, Arvoniam, Merionydiam, Denbighiensem, Fluitensem, & Montgomeriensem, Angli Northvalliam vocat. Restat illa Povvisia pars quæ ad Vagam olim extendebatur, cuius prima regio à Coluno flumine Fitzalanorum castello & possessione nomen habet; proximæque sunt Melienyth et Gurtrenion, montanæ regiones: & ad Meridiem Radenoria, Cambri Maifisod dicta, pagi caput. Hic proximi sunt Elvelti, cù castro Pagani ad Vagam, quam nostrates Gvvy appellant. Infra hos omnes sunt Prelenia quam Fanum Andreae dicimus: Kyntonia cum castro Huntingtonensi. Et super Themidem nobis Tefdioc dictum, est celebris urbs & castellum de Ludlau in pago Salopiensi, olim Dinau nuncupata, Rogeri Montisgomeriæ opus. Et supra eam castrum VVig-morienfe Mortumariorù patrimoniu: Et ad Sabrinam Bruga & Beaudley, olim

limcastro de Tychil notifs. Et ad Africum super Logum quem Lhygvvy appellamus, in fertiliss. planitie stat Lhanhieni, Anglis Lemster. Nec procul inde est antiqua civitas Henfford, i. vetus via, Anglis olim Ferleg, nunc Herefordia super Vagam vel Gvvyan, quod verius est, situata. Versus Sabrinam sunt Malvernæ montes: & in ipso angulo inter Sabrinam & Vagam non procul à Rossia urbe, est famosa illa sylva quam à Danis Danicam vocant. Hæ autem regiones cum toto pago Herefordiensi ultra Vagam, antequam ab Anglis occupantur, Britannicè olim Erycynnac dicebantur, & incolæ Eryenvvyr, cuius nominis aliqua significatio adhuc in uno pago Herefordiësis loco elucescere videtur. Nam quod Angli Vrchensfeld, Cambri Ergnig & postea Ergengel dixerunt. Nec mirum, cù Povvisia nomē minima eius portio (ut dixi) nunc retinet. Restat tertium Cambriæ regnū, ab Anglis Suthvallia, i. Meriodanilis VValha, à nostratibus qui regionem incolūt Dehenbarth, i. dextram vel Meridiona-

DE BEN.
harthia.

lem partem dicta, nam ita Meridiem appellare solemus. Hæc tota mari Hibernico, æstu Sabriniano, Vaga & Devo fluminibus continetur. Et quamvis regio sit admodum fertilis & uberi gleba, multoq̄ue maior quàm Guynedhia, deterior tamen (ut inquit Gyraldus) habebatur. Idq̄ue non solum quod Vchelvyr. i. optimates regibus suis parere recusabant, sed etiam quod maritima eius ora ab Anglis, Normannis & Flandris continuo infestabatur. unde compulsum est princeps regiam suam Maridunū relinquere & ad Dynefur in Cantremaur sedem regni constituere. Et quanquā hi principes magnam in Cambria auctoritatem haberēt, tamen post occisum dolo suorum Rhesum filium Theodori magni, non duces vel principes, sed Argvvyldi. i. Domini vocabantur, donec tandem & intestinis bellis, ob terras inter multos divisas, & externis (Anglis omnia occupare vi & dolo conantibus) ita labefactati sunt, ut post mortem Rhesi filij Gruffyth viri clariss. & bellicosissim. & principum & do-

minorum

minorū auctoritatē et noīa perdidere.

Iam ad provinciam describendam descendamus, cuius prima nobis occurrit regio quam Cereticam Gyraldus vocat, nostrates verò Ceredigion, Angli Cardigan. Vbi notādum, ut in reliquis omnibus C. & G. Cappæ & Gāmæ vim habere. Hæc regio à Septétrione mare habet Vergiviū, ab Oriente Devum fluvium, quo à Guynedhia separatur, & montes altiss. versus Povvvisiā, à Meridie Mariduniā, ab Occidente Dyfetiā. Horum autē lingua (ut affirmat Gyraldus) cæteris Valliæ populis elegatior habebat, Guynedhia verò impermixtior ad antiquā Britanicā proximè accedēs: Meridionaliū verò rudior, q̄ cū externis maximū habebāt cōmerciū. Maritinā huius tractus partē Richardus Clarēsis vir nobiliss. classe in vectus, ædificatis ad ostia Tisij et Ystvyth castellis, sui iuris fecit. Præsidijsq̄ impositis, in Angliā reversus est: cūq̄ accepisset, suas à Cābris obsideri, maximis auxilijs fretus terrestri itinere auso satis temerario eis opitulari conatus est, sed apud Coed Grono nō p̄cul-

ab A-

ab Abergevimi, ab Iervvertho de Caerlleon cum omnibus suis deletus est. Ita illa castra ad antiquos dominos devenerunt. Credo ostium Ystvythi Ptolemæo Rotossa dici, & Tibium Abertivi, sed incuria librariorum in unum vocabulū coaluisse. Non procul ab eo loco est Llanpaternfcur. i. fanum Paterni magni, ecclesia olim magna in veneratione habita. Nam Cambri longè magis quàm alię gentes reverentiam ecclesijs & viris ecclesiasticis honorem deferre solebant: nam ut refert Gyraldus, inimicis. & læsæ Maiestatis reos, ad ecclesias fugientes, imò & inimicorum armenta in terris ecclesiæ subditis pascentia, intacta relinquere solebant, etiam armati in prælium itur ecclesiastici ordinis viro obviam facti, proiectis armis benedictionem cernuo capite petunt. In hac regione est locus, in quo aiunt sub pedibus Devvi, (quem Latini Davidem vocant) dum in Pelagianos inveheretur, terram mugisse, & se erexisse in collem, quem Llandevvybrevy vocant. In altera regionis parte est principalis pagi

urbs

urbs super Tifium flumen, quam nos Aberteifi. i. ostium Teifi, Angli verò Cardigan dicunt: Hic fluvius solus in Britania castoribus ut Gyraldus refert abundabat, sed nunc quid sunt, nostrates nesciunt. Nudum tantum nomen, quod Avanc dicunt, pro monstro quodam aquatico habetur. Eandem maris oram legentes, occurrit nobis regio antiquitus à nostratibus Dyfed dicta, Ptolemæo vero, Demetia pro Dynetia, Angli VWestvales. i. Occidentalem VValliam, & nunc Penbrociensem pagū appellat. Hæc utrumque mare attingit, et ultimum eius promontoriū Ptolemæo Ostopitarum, à Pebidion deflexo vocabulo dicitur. Ad Borealem oceanum sunt Trefdraeth, & Aberguainia, & in terra Cilgarrena, & in Occidentali angulo est episcopalis sedes Menevensis, olim archiepiscopali pallio celebris. Nā Devi, qui David dicitur sedem archiepiscopalem ex civitate Legionum, ubi antiquitus fuit, in Meneviam transtulit, post quem sedere 25. archiepiscopi, quorum nomina apud Gyraldum habentur.

bentur. Horum ultimus Samson maxima peste ingruente in Armoricam cum pallio aufugit, & in Dolensem episcopum electus, ibidem pallium reliquit, quo successores eius gavisi sunt in hæc usque tempora, quibus prævaluit archiepiscopus Turonensis. Nostri propter bellum Saxonicum & paupertatē, pristina caruerunt dignitate, semper tamen omnes Cambriæ episcopi ab episcopo Menevensi consecrati, & ipse ab illis tanquam suffraganeis ad tempora Henrici primi, quo Bernhardus à Cātuariensi archiepiscopo consecrationem accepit, se tamen ut archiepiscopum longo tempore gessit, donec tandem Romæ causa cecidit. Hæc Gyraldus. Nec ullus episcoporum Meneviæ ante Morgeneu qui à Davide 33. fuit carnes gustabat. Ipse verò ea nocte qua primò carnibus vescabatur, à piratis occisus est. Hæc ecclesia sapissimè ab Anglis & Danis piratis spoliata & destructa fuit. Hic verò in Rosea valle natus fuit magnus ille Patritius qui Iverniam Christiana fide imbuuit. Ab hac sede distat Haverfordia,

dia, quam nunc Herefordiam occidentalem vocant, 21. millibus passuum: Olim Cambri Aberdaugleddau. id est ostium duorum gladiatorum, nam ita omnes nobilissim. totius Britanniae portum efficientes vocantur. Hunc Angli Milford, aliqui Latino nomine Alaunicum vocant. Cambri nunc hæc urbem Hulphordh appellant, & portuum suum antiquum remanet nomen. Super eundem sinum stat Benbrochia pagi caput Arnulphi Montgomeriæ filii opus, quam Girardus de Wyndelesora strenuissimè contra Rhesum Theodori filium defendebat, paceque postea firmata, ut inquit Gyraldus, Nessam Rhesi filiam uxorem duxit, ex qua egregiam suscepit utriusque sexus prolem, per quam & Anglis maritima Cambriæ re-tenta, & Hiberniæ mœnia sunt postmodum expugnata. Ad mare Australe est Tenbigia, ut Angli vocant, Cãbris verò Dynbegh y ystod. i. Piscatoriã Denbyghiam ad differentiam alterius quæ in Guynedhia est) dicitur. Hæc autem Demetiæ sive Dynetiæ pars, Flandris ab Henrico

Henrico primo illinc missis, in hunc diem habitatur. Hæc gens fortis & robusta se suaque pertinaciter contra Cambros defendebat: & quanquam sapiens, maximè a Cadwaladro Conano, et Hovvelo filijs Oeni Guynedhiæ principis, à Rheso filio Gruffithi Suthvalliæ & ultimò à Levvelino (ut Parisiensis eum vocat) Magno, qui 30000. hominum in suo exercitu habebat, ferè ad interuersionem cæsi sunt, semper tamen iterum vires assumpserunt, & in hunc diem usque moribus & lingua à Cambris diversis cognoscuntur. Tertia Sudhvalliæ provincia Maridinia, à Mariduno antiquiss. civitate, cuius Latini scriptores & Græci meminere, nomen habens. Hæc longè ante natum virum illum doctissimum (quem Angli corruptè Merlinus, nostri verò Merdhyn vocant) hoc nomine cognoscebatur. Nec civitas ab eo, sed is à natali solo nomen accepit. Nos hanc Caer Fyrdhyn (ob linguæ dialectum qui M. in V. consonantem (pro quo nostrates F. utuntur). i. Merdhyni civitatem vel castrum) dicimus.

mus. Ambrosius ille ex virgine nobili (patris nomine data opera suppresso) natus, ob mirabile viri in mathematicis, reliquisque omnis generis disciplinis cognitionem, à rudi vulgo pro incubi filio habebatur. Hæc urbs ut Gyraldus refert olim costilibus muris egregiè circumdata fuit, & super clarum flumen Ptolemæo Tobius, nobis verò Toiæ edificata Suthvalliæ regni regia, donec ab Anglis capta est, habebatur, quæ postea ad Dynesfur super eundem fluvium in loco sylvis & montibus munitis. translata est. In hac regione ob locorum fortiss. situm Suthvalliæ principes ferè continuam habitationem faciebant, quæ cum à Ceretica Tiffio fluvio, super cuius nobile castrum de Emlyn est, dividebatur. Reliqua ex parte montibus excelsis, & mari circumdatur. Versus mare est Catguilia nunc Cydvveili à Mauritio Londinensi olim possessa regio. Cui imminet Guhir (nunc Morganiæ iuncta) cum urbe ad ostium Tavvai, nobis Abertavvai, Anglis Svanfei vocitata. Morgania, Anglis Glamorgan, nobis

verò Morganuc & Gvradforan. i. patria Morgani à Morgano, ibidè à consobrino suo Cuneda Lhoegriæ rege ante bis mille annos occiso, dicta. Hæc mari Sabrino incumbens, semper suis principibus rebellis esse solebat, unde cum suo vero & legitimo principi servire recusabat, iusta Dei sententia rebellionem semper vendicante externorum iugum subire compulsæ est. Nam circa annum Domini 1090. cum Iestinus filius Gurganti Morganiæ regulus, Rhefo Theodori filio Suthvallæ principi obedire recusaret, missoque in Angliam Enea filio Cedivori (Demetiæ olim domini) ut milites conscriberet, magnumque exercitum duce Roberto quodam Hamonis filio accepisset, & Rhesum sibi in Nigro monte obviantem, iunctis sibi alijs ex VVenta & Brechinia rebellibus occidisset, soluto stipendio Anglos dimisit. Illi verò perspecta optimi soli fertilitate, Cambrorum inter se maxima discordia, ut olim Saxones fecisset, in hospitè suū arma vertūt, omniq̃ue planitie & meliori solo facile exuunt.

exuunt. Hamo verò hoc totum inter 12. equestris ordinis quos secum habebat viros, retenta sibi bona parte divisit, qui extractis castellis, accepta prædia iunctis viribus defendebant. Et horum hæredes in hodiernum diem illa quiete possident. Iestinus vix sibi suisq̃ montana servavit. Nomina horum ita se habuere, Lodonienfis, Stradlyngus, Sancto Ioannes, Turbevillanus, Granvillanus, Humfrevillanus, Sancto quintinus, Sorus, Sullius, Berkerolus, Syvvardus & Flemingus. In hac provincia sunt Netha, super flumen eiusdem nominis, Pontfain. i. pons lapidea, Angli falso Covvbridg, id est, pontem vacciniam vocant, Lantvvyd, VVenny, Dynvvyd, oppida & castella, præter Caerphili antiquissim. (quod Romanorum opus prædicat) castrum, & Caerdyd, primaria pagi urbs, Tafamnem situata, Angli Cardyd appellant. Nec procul hinc est Landraf, id est, sanum super Tavum, episcopali sede celebris. Huic regioni proxima est VVenta sub Momu, thési pago. Hæc olim Siluria dicebatur,

quod contra Boethij & Polydori ridiculam auctoritatem facile probari potest. Et primus omnium Tacitus affirmat Silures cōtra Hispaniam positos; sed hi multò pximiores Hispaniæ sunt, quàm Scotiæ aliqua pars; ergo verifimilius est eos hic, quam in Scotia fuisse. Præterea cū Agricolæ in Albanos expeditionem luculenti oratione describit, omnes Albanæ gentes enumerans, nunq̄ Silurum quæ bellicosiss. gens fuit meminit. Quod si in Albania fuissent nunquam eos silentio præterisset, & cū saltus maximos in Siluria fuisse enarrat, quorum vestigia in Vventa adhuc apparent. Ptolemæus etiam, & post eum Marius Niger Silures proximos Demetis et Mariduno, sed Oriētales ponit. Præter has auctoritates, Legum Britannicarum antiquiss. Codice, Sylluc Cambrię provinciam enumerat, cuius incolæ nobis Sylluyr Britannica lingua ut vocentur, oportet: unde à Romanis Sylures dicti. Et unā Vventa pars Gvvent lluc, elisā una syllaba, quasi Vvent Silluc, hodiè dicitur. Et Chepstovv

pfstovv elegati in Vventa emporio Strigulæ nomen ante paucos annos fuit, quod ad Siluriam accedere videtur. Antoninus etiam autor graviss. Ventam Silurum non procul ab ista versus traiectum Sabrina fuisse memorat. Ridiculum igitur esset Silures posthac in Scotia quærere. Et quanquam Plinius ait è Silurum regione in Hiberniam breviss. fuisse traiectum, illud ita accipiendum est, suo tempore Britanniam non satis cognitam, Albanicęque populos haud domitos longè postea fuisse. Vnde cū quidam Romanorum ex Suthvallia in Hiberniam, ut nunc Angli solent, traiecissent, alij qui Britanniam non vidissent, breviss. traiectum credidere. In hac regione sita est antiquiss. & nobiliss. Legionum civitas quam nostrates Caerlleon arvvyck. i. civitas legionum super Viscā, ad differentiā alterius in Northvallia super Deam ædificatæ. De hac ita scribit Gyraldus, Erat hæc urbs antiqua & nobilis, cuius vestigia adhuc supersunt, palatia immensa, turris gigantesca, thermæ insignes, templorum reli-

25 quia, & loca theatralia muris egre.
 25 gijis partim extantibus omnia clausa,
 25 etiam ædificia subterranea, aquarū du-
 25 ctus, Hyogeosque meatus: sunt ibi stu-
 25 phæ miro artificio confectæ. Ibi iacent
 25 duo martyres, Iulius & Aron, qui ha-
 25 bebant ecclesias sibi dedicatas. Erat et-
 25 iam & archiepiscopalis ecclesia sub Du-
 bricio, quæ celsit Davidi. Hæc ille. Et-
 iam ex altera Viscæ parte, in via quæ
 Striguliam ducit, visuntur antiqua val-
 la, & mœniorum ruina, Ventæ Silu-
 rum, quam nunc etiam Caervvent, id
 est, civitatem Ventam vocant, unde &
 regioni nomen accrevit. Ad ostium Va-
 gæ, quæ Gvvy dicimus, est celebre em-
 porium, olim Striguha, & nunc Castel
 Gvvent dictum. Huius loci comites &
 eorum hæredes Martiales res Cambri-
 cas mirum in modum labefactarunt.
 Nec procul hinc est Monmuthia, no-
 bis Monvvy, à concursu Monæ & Va-
 gæ dicta, totius huius conventus caput.
 Supra verò ad Oſcam, sunt Oſcæ ca-
 strum Brunbuga vocatum, & in supe-
 riori Venta ad concursum Viscæ & Ge-
 venna,

venna, Abergevenny, cuius dominus
 Briennus Guilfordensis VVentis mul-
 ta mala contulit. Sed postea VVylius
 Bruſtius Brechinæ dominus Nobiles
 VVentas sub amoris & amicitia præte-
 xtu ut simul convivarentur, in hoc ca-
 strum vocavit, qui cum Sesylio Dun-
 vvallani filio primario eius regionis vi-
 ro & filio eius Grufitho, nullum do-
 lum suspicantes incrimis intrassent à
 Bruſtij satellitibus in hunc finem arma-
 tis, crudelissim. omnes ad unum truci-
 dati sunt, & postea subito in domum
 Sesylij irrumpentes, Cadvaladrum in-
 fantem, cuius filium coiam matre im-
 manes lanij mactavere. Horum tamen
 filij capto castro & Ranulpho Poerio,
 cum multis nobilibus apud Iandyve-
 gad occiso parentum mortem viriliter
 ulsi sunt. Bruſtius ad maiora mala ser-
 vatus, in castro de VVindeleſora cum
 matre fame necatus occubuit. Hic no-
 tandum esse duxi Sesyllium nomen, Bri-
 tannis & Cambris cōmune, nō cum C.
 (quod semper K. Anglici naturā refert)
 sed cum S. scribi oportere, nam aliter

Cambris Kyllius legitur. Restat ultima Suthvallæ mediterranea regio, pagû Brecheniacum constituens, cuius caput Brechinia, vel ut Cambri dicunt, Aberhodni, super casum Hodni in Viscam situata. Hanc primus Anglorum Bernhardus de Novomercatu armis edomuit. Super hanc regionem est Bogvvelthia, quam Buellt vocant, aspera & môtana regio, à Vaga ad Gobium pertingens. Inferius verò est Evvias Pagani filij Iohannis viribus acquisita. Postea in duas Haroldicam & Laccia divisa. Nec procul est Romanis monumentis cognita Haya, Tregelli. i. urbs corileti vocata. Hi septem pagi, Ceretica, Dvvetia quæ & Demetia, & Penbrocensis, Mariduma, Morgonica, Gvventa quæ & Momuthensis, Brecheniaca & Radenoria, Suthvallæ ab Anglis tribuuntur.

Hij de antiquis & modernis regionum & civitatum Britannæ veris nominibus in medium adductis, ne lectori moroso hæc inculta & barbara oratio tædium afferat, finem dicendi facere decreveram:

creveram: Sed cùm in memoriam revocarem, Polydorum Virgilium, cuius opera in omnium manibus sunt, ubique Britannos convellere, gloriamque Britannici nominis elevare verbis, & maxima labe inurere in sua historia conantem, imbellem & infidum genus vocitantem: Operæ precium esse duxi, paucula quædam in medium adferre ex auctoritatibus clariss. scriptorum, & classico rum historiographorû libris collecta: ut inde æquus lector facile iudicare queat, quanta fides Vrbinati tribuenda sit. Et quod clarioris litteraturæ viros de re Britannica scribentes, aut non legit, aut quod verisimilius est, invidia & odio Britannici nominis laborans, silentio præterivit. Cæsar ipse qui primus Romanorum Britannæ meminit, quavis in sua propria causâ nemo pro æquo iudice habetur, fatetur Britannos acriter primo congressu contra Romanos pugnasse, & eos mirum in modum perturbasse, & postea legionem frumentatam missam ita ab hostibus pressam, eos ægrè sustinuisse, & ad eius adventû,

timore se recepisse affirmat, & ut eius
 33 verbis utar. Cæsar ad laceſcendum ho-
 33 ſtem & committendum prælium alie-
 33 num eſſe tempus arbitratus, ſuo ſe loco
 33 cōtinuit, & brevi tempore intermiſſo,
 33 legiones in caſtra reduxit: Hunc retra-
 ctum alij fugam vocavere, quod etiam
 probatur, eò quod paulo poſt, poſt me-
 dium noctis aſcenſis occultè navibus è
 Britannia diſceſſit. Nè hic Britannie
 robur, ſed Câtiorum ſubitò collectam
 manum fuiſſe ex ſua hiſtoria conſtat.
 Poſteà verò libro 5. oſtendit Britannos
 eſſedarios acriter in itinere conflixiſſe.
 & aliq̄, in caſtra eius eos impetum fe-
 ciſſe. Et Romanas cohortes perterri-
 tas Laberio Tribuno occiſo, ſeſe inco-
 lumes recepſiſſe. Quod, quid aliud ſigni-
 ficat, quàm fuga evaſiſſe? Etiam fatetur
 Calvelanum Mandrubatij & civita-
 tum defectione maximè permotum (nò
 prælio laſſatum) legatos de pace ad eum
 miſiſſe. Hæc autem omnia diſſimulat
 invidus Polydorus. Diodorus etiam
 Siculus qui Auguſti tempore ſcripſit,
 33 ait, Britanniam tradunt incolæ abori-
 gines

gines, qui præſcorum more vitam de-
 33 gunt, utuntur in pugna curribus, velu-
 33 ti antiquos Græcorum heroes uſos in
 33 bello Troiano ferunt. Moribus ſimpli-
 33 ces, integriq̄e exiſtunt, longè à noſtro-
 33 rum hominum aſtutia verſutiaq̄e re-
 33 moti. Cibo ſimplici viliq̄e vitam du-
 33 cunt, longè à divitū delitijs alieno. Hæc
 ille. Tacitus etiam clarus author, Cara-
 taci in populum Romanum fortia facta
 miris attollit laudibus: Romanosq̄e
 poſt eius captivitatem, ab una tantum
 Silurum civitate ſepius victos & proſti-
 gatos cōſitetur. De Venuſio etiã, quem
 ferocem, & Romanos odio perſequen-
 tem ſcribit, non ſolum Romanos, ſed
 auxiliares Britannos vicifſe, tradit. Ver-
 ba eius ſunt. Regnum Venuſio, nobis
 33 bellum relictum. & poſtea. Exaſperatã
 33 meritò reginam Boadiciam, (quã Dion
 Bundvicam vocat) 70. millia Romano-
 rû neci tradidiſſe haud negat: Cuius for-
 titudinem pluſquã virilè et facinora uſ-
 que ad cœlũ laudanda, & clarifſ. impe-
 ratoribus facta æquiparanda Tacitus et
 Dion magni nominis viri luculentis &
 longis

„ longis orationibus celebravere (& in vi
 „ ta Agricolæ.) In deposcendis periculis
 „ eadem Britannis cum Gallis audacia, &
 „ ubi advenere, in detractandis eadē for-
 „ mido, plus tamen ferociæ Britanni præ-
 „ ferunt, ut quos nondum longa pax e-
 „ mollierit. Nam Gallos quoque in bellis
 „ floruisse accepimus. Mox segnitia cum
 „ ocio intravit, amissa virtute pariter ac
 „ libertate, quod Britannorum olim vi-
 „ ctis evenit, cæteri manent quales Galli
 „ fuerunt. In pedite robur, quædam na-
 „ tiones & curru præliantur, honestior
 „ auriga, clientes propugnant, olim regi-
 „ bus parebāt, nunc per principes factio-
 „ nibus & studijs trahuntur. Nec aliud
 „ adversus validiss. gentes pro nobis uti-
 „ lius, quàm quod in commune non con-
 „ sulunt. Rarus duabus tribusque civita-
 „ tibus ad propulsandum commune peri-
 „ culum conventus, ita dum singuli pu-
 „ gnant, universi vincuntur. Et alibi Bri-
 „ tanni delectum ac tributa, & iniuncta
 „ Imperij munera impigrè obeunt, si in-
 „ iuriæ absint, has egre tolerant. Iam do-
 „ miti ut pareant, nondum ut serviant. Et
 paulo

paulo post. Iam verò principum filios
 liberalibus artibus erudire (scilicet A-
 gricola) & ingenia Britannorum stu-
 dijs Gallorum præferre, ut qui modo
 linguam Romanā abnuebant, eloquen-
 tiam concupiscerent, inde etiam habi-
 tus nostri honor, et frequens toga, pau-
 latimque discessum ad delimenta vitio-
 rum, porticus, & balnea, & convivio-
 rum elegantiam. Idque apud Imperitos
 humanitas vocabatur, cum pars servitu-
 tis esset. Dion Cæsarius Consularis vir
 inter alia hæc de Cæsaris in Britanniam
 expeditione posteris reliquit, Aggredi
 Romanos quia custodijs utebantur ex-
 quisitis, palam non ausi Britanni, quos-
 dam ad expetendos commeatus tanquā
 in amicorum regionem missos excepe-
 rint, paucis demptis (nam celeriter re-
 liquijs à Cæsare subventum est) interfe-
 cerūt: ipsa deinde castra oppugnare ag-
 gressi, re infecta, non sine sua clade de-
 pulsi, non tamen ante pacem accepe-
 runt, quàm sæpius adversam fortunam
 experti sunt. Cæsar contra animi sui
 sententiam bellum composuit, postu-
 latis

55 latis adhuc pluribus obsidibus, quorum
 55 tamen exiguam partem accepit. Ita in
 55 continentem Cæsar reuectus est, & que
 55 concitata sç absente fuerant, sedavit,
 55 nihil neque sibi neque Romæ ex Britan-
 55 nia adeptus, præter gloriam expeditio-
 55 nis in eam susceptæ. Quod cum ipse
 55 magnoperè verbis exornabat, tam ad
 55 urbem Romani mirificè extollebant.
 55 Iamque harum rerum gestarum causa
 55 supplicationem dierum 20. decreve-
 55 runt. (& alibi,) Britanni evocatis socijs,
 55 summaque rei ad Suellam qui inter e-
 55 ius insulæ regulos plurimum poterat,
 55 delata ad ipsam navium Romanorum
 55 stationem contenderunt, quibus ob-
 55 viam facti Romani, primo Eshedorum
 55 occursum perturbati sunt, deinde inter-
 55 capedine inter ordines facta, evitatis-
 55 que Eshedis, atque ex obliquo in hostem
 55 incurrentem iaculati, pugnam restitue-
 55 runt. Post eam pugnam utrique eo-
 55 dem in loco perstitierunt, alio autem
 55 conflictu, barbari cum peditatum Ro-
 55 manorum vicissent, ab equitatu afflicti,
 55 ad Thamesim flumen sese receperunt.

Hero-

Herodianus etiam in vita Severi, ita de
 Britannis refert. Siquidem Britannia
 pleraque loca frequentibus Oceani
 alluvionibus paludescunt, per eas in-
 gitur paludes barbari ipsi natant, excur-
 santque ad ilia usque demersi, ac plera-
 que corporis nudi cœnum contem-
 nunt. Neque enim vestis usum cogno-
 runt, sed ventrem atque cervicem ferro
 incingunt, ornamentum id esse, ac di-
 vitiarum argumentum existimantes:
 Perinde ut aurum, Cæteri barbari, quin
 ipsa notant corpora pictura varia, &
 omnifariam formis animalium, quo-
 circa ne induuntur quidam, videlicet
 picturam corporis ne adoperiant. Sunt
 autem bellicosissim. gens, atque avidiss.
 cædis, tantum scuto angusto, lanceaque
 contenti. Præterea gladio nudis cor-
 poribus dependente. Loricæ ac galeæ
 penitus ignorant usum, impedimentum
 id esse transgrediendis paludib. arbitran-
 tes. Præter hos Eutropius de bello Gal-
 lico, Navibus circiter onerarijs atq; a-
 ctuarijs 80. præparatis in Britanniam
 tranfvehitur Cæsar, Britannisq; bellum
 infert,

33 infert, ibi acerba pugna primum fatiga-
 33 tus, deinde aduersa tēpeltate correptus,
 33 in Galliam reuersus est, &c. & postea.
 33 Iterum primo vere in Britanniam trans-
 33 vectus, equitatus primo congressu à
 33 Britannis victus, ibique Labienus Tri-
 33 bunus occisus est, & secundo prælio cū
 33 magno suorum discrimine victos Bri-
 tannos in fugā vertit. Suetonius Tran-
 quillus affirmat Vespasianum duas va-
 lidiss. Britanniae gentes bello superasse,
 triciesque cum hoste conflixisse, quae nō
 imbellis, sed fortiss. nationis signa sunt.
 Eutropius etiam lib. historiae 9. Cū Ca-
 33 rausio Britanno tamen, cū bella fru-
 33 stra tentata essent, contra virum rei mi-
 33 litaris peritiss. ad postremum pax con-
 33 venit. Et Sextus Rufus legiones Roma-
 nas enumerans, inter legiones magistri
 peditum Britānicanos et Britannicos,
 & inter legiones Comitalenses, legio-
 nem secundam Britannicam. Et inter
 Legiones magistri equitum Galliarum
 Britones, & iterum Britones. Et po-
 stea. Cum spectabili comite Hispania-
 rum invictos iuniores Britones. Et ali-
 bi. Cum

bi. Cum comite Britanniarum vectores
 iuniores Britannicos enumerat.

Sed quid opus est tot doctiss. viro-
 rum scripta evolvere, ut Britanniae glo-
 ria elucescat. Cū tot reges fortiss. tot
 invicti duces, tot Romanorum clariss.
 Imperatores, Britannico sanguine pro-
 gnati, quales gignit hæc insula viros:
 suis gestis immortalitate dignis mun-
 do illustre fecere. Quid Brennum
 illum Romanorum & Græcorum ferè
 totius orbis fortiss. gentium domitorè
 commemorem? Quid Casvllanum?
 cui territa (ut Lucanus refert) ostendit
 sua terga Cæsar Iulius. Quid Caratacū?
 qui novem annis populum Romanum
 bello afflixit. Quid Bundvicam? fortiss.
 viraginem? quæ suis auspicijs 70. Roma-
 norum millia delevit, cuius tantus ter-
 ror Romam (ut scribit Virunnius) inua-
 ferat & Italiam, quantus nunquam an-
 tea, neque in adventu Brenni, neq; Hā-
 nibalis. Quid Arviragum invictum re-
 gem Britanniae? libertatem invitis Ro-
 manis rerum dominis servantem. Quid
 L nobi-

nobilis. duces? qui cum Vespasiano tricies pugnabant. Qui etiam Severum Imperatorem strenuis. quod vincere non potuit, mœre enecabant. Quid inquam, hos memorem? cum Britannia Constantinum Magnum, non solû fortis. & fœlicis. ducem, sed etiam, quod magis est, optimum virum, & Christiani nominis (à matre Helena Britanna edoctum) primum Imperatorem reliquo mundo communicavit. Quantum debent Britannæ, ob hunc virum suis in visceribus genitum, tyrannis liberata Gallia & Italia: Quantum Christiana religio, omnes præter unum Polydorum, & suum præceptorem Guilhelmum Paruum, nuper ab Britannicæ gloriæ obtrectatoribus (indignus qui lucem videret) in lucem editum, omnes norunt. Et quia Gallus quidam nuper & Maioris nominis antiquus author Græcus hunc Dyrachij natum affirmât, in medium adducâ verba ipsa antiquis Panegyrici, corâ ipso Constantino recitato, O (inquit ille) fortunata et nûc

omni-

omnibus beatorum terris Britannia, quæ Constantinum Cæsarem prima vidisti. Meritò te omnibus cœli & soli bonis natura donavit, in qua nec rigor nimis hyemis, nec ardor æstatis, in qua segetû tanta fœcunditas, ut muneribus utriusque sufficiat, & Cereris et Liberi, in qua nemora sine immanibus bestijs, terra sine serpentibus noxijs, contra pecorum mitium innumerabilis multitudo lacte distenta, & onusta velleribus, cætera, quæ propter vitam diliguntur, longis dies, & nullæ sine aliqua luce noctes. Dum illa littorum extrema planities nõ attollit umbras, noctisq; metam cœli syderum transit aspectus, ut Sol ipse qui nobis videtur occidere, ibi apparet præterire. Dij boni quid hoc est? quod semper ex aliquo supremo sine mundi, nova Deum numina universo orbi colenda descendunt. Hactenus ille. Quid Bonosum? ex Duce limitis Rherici, magis forte q̄ fœlicem Imperatoré. Quid Carausium Augustû? q̄ septē cõtinuis annis invitis Iovio & Herculio purpura usus

est. Quid Allectum Cæsarem? ob quem debellatum, Mamertinus Maximianum Cæsari Julio anteferre videtur: cuius verba in medium adferre haud gravabor. Et sanè (inquit) &c.

Post hunc emerfit Imperator Maximus Britannus, & Helenæ confobrinus, vir quidem strenuus & probus, & Augulto dignus, nisi patriam iuventute (ducto in Gratianum, quem vicit, exercitu) spoliasset. Hic etiam ex Helena uxore Eudæ filia Victorem filium Augultum reliquit. Marcum etiam, & Gratianum, ut scribit Paulus Diaconus, Britannia Imperatores agnovit. Constantinus præterea cum Constante filio occiso conterraneo suo Gratiano, eiusdè cum superiori nominis sed non foelicitatis Imperatores, in Britannia creati sunt, contra quos Gerontius eorù dux (de cuius morte extant antiquiss. rithmi Britannici) Maximum alium à priore Augultum fecit. Et post hos ultimus Britanici sanguinis Imperator Ambrosius Aurelius à Panvinio numeratur.

Præter

Præter hos 12. Imperatores Arthurum regem invictiss. Britannia mundo communicavit, cuius immarcescibilem gloriam & illustriss. facta, I. elandus noster (contra caninos rictus & vatianum odium delirantis Vrbinatis, & benè saginati Rhicvallenfis monachi magis in coquina, quàm in antiquorum historijs versati) infinitis testimonijs & fortiss. argumentis clariora fecit. Nec solù nostrates, sed etiam Hispani, Itali, Galli, & ultra mare Baltheum Sueones (ut Gothus ex eorum historijs refert) huius fortiss. regis clariss. facta in suis libris in hunc diem decantant. Cadvannus etiã ex Guynedhiæ principe Britannorum rex, & eius filius Cadvalla (quem Beda tyrannum, quòd Saxones atroci bello persequeretur, vocat) in inclinatione Britannici imperij fortiss. reges extiterunt. Et post excidium Britannicum emerfere in Cambria viri sua laude haud frustrandi: ut Rodericus Magnus, & eius ex filio nepos Hovvelus cognomento Bonus, & bello & pace clari. Gruffitus

etiam filius Levelini filij Sefylj fortifs. Cambriam suã defendebat. Et post eum Oenus Guynedhiæ princeps, Henrico 2. omnium qui in Anglia regnare potentifs. ter Cambriam magnis exercitib. ingresso, occiso in Mona eius filio, & magna exercitus parte, ut Gyraldus refert, apud Col delecto strenuifs. restitit. Et ei⁹ ex filio nepos Levelinus ille Magnus, cuius triumphi innumerabiles (ut Parisiensis Angli verbis utar) tractatus exigerũt speciales. Nec solum hi, sed & Cornovienses Britãnorum reliquiæ, ut omnium Britannorum gentium robustifs. ita in bellicis munijs obeũdis in hũc diẽ clari habentur. Nec Britones Galliẽ accolæ eiusdẽ gentis soboles à suis patribus degenerati sunt; cũ nõ solum sedes suas virtute inter fortif. gentes questitas multis seculis fœliciter tutati sunt, sed etiam Gothos & Frãcos prælijs gravifs. superavere: Carolo Magno principi potentifs. fortiter restitere. Filij eius Lhudovici Imper. exercitũ in eos missũ duce Murmano fugavere. Carolũ Cal-

vum Imp. & Galliæ regẽ aperto prælio delecto eius exercitu bis Numenio rege vicere, Imperatore derelicto papilione, tẽtorijs & omni regio apparatu (ut Regino scribit) clã fugiente. Herispous vero Numenij filius eundẽ Carolũ ignominiosam pacẽ cũ eo facere coegit, quẽ Salomon Herispoi filius vir strenuus & bellicosus adversus se cũ maximo exercitu venientẽ retrocedere coegit. Et Salomone mortuo, ut Sigisbert⁹ ait, regnãdi cupidine intestino inter se bello coliduntur Britones, sicq; inviti cessant à Galliæ exterminio. Quid Vrsandi invictis. ducis fortif. & cõtra Hastingũ Normannũ, & Pastquitanũ Britonẽ gesta? Iudicaelis etiã & Alani q Normannos totã Galliã miserẽ vastantes è finib. suis fortiter fugavere commemorem? Quid bella quæ longẽ postea invictis Anglorum auxilijs defensi contra Galliæ reges gessere attingam? cùm omnibus constat gentem strenuifs. semper extitisse. Et ut tandem Polydoro os obstruã, cũ suo Gylda, hoc dico, hunc si eius opus sit, nõ historiographũ, sed sacerdotẽ et cõ-

cionatorem qui semper solent in vitia suorum nimis acriter invehî, fuisse. Igitur si ex concionibus (ut Vrbinas fecit) authoritates quæramus, quæ parochia, quæ urbs, quæ gens, quod Regnum ab infamia immune erit? Quid Bernhardus de Romanis scripsit? Hos impios, infideles, seditiosos, inuerecundos, proditores, grandiloquentes & exigua agentes vocat. Hæc à Theologis, ut hæc vitia devitentur, et vita reformetur: nō quod tales sunt Romani, aut Britāni pro more è suggestu dicuntur: nec aliquis hominum (ni sit impudens sycophanta,) ex sermonibus sacerdotum sententijs eorum in peiorem partem extortis, cōventum aliquem, civitatem aut populū infamia notare conatur.

Facebant igitur malè feriatî obtrectatores, & Britannia vera gloria mundo elucescat: nec me nimis mordacis lingue Lector optime indicato. Cùm (ita me Deus amet,) nec alieni nominis invidia, nec inanis gloriolæ cupiditas, nec cuius gentis odium, sed patriæ immerito malè

to malè audientis amor, & veritatis illustrandæ desiderium, ad hæc scribenda me perpulere. Nec hunc rudem & incōditum tractatulum in lucē ire sinerem, si non sperarē omnes doctos hoc meum institutum boni cōsulturos, & inde occasionem accepturos hanc materiam (quam ego satis temerario ausu primus aggressus sum) luculenta oratione & eleganti stilo: fusius tractare. Et si quid sit, quod aut acrius dictum, aut non satis exploratum autument, me doctiorum iudicio submitto, erroribusq; admonitus, hæc emendaturus, cūm tempus dabitur promitto. Vale.

L ; VOCA-

VOCABVLA CAMBRICA, SIVE
VERE BRITANNICA, AB IPSO AV.
Aureo Latine interpretata.

A,	Cum.
Ar, <i>Ar supra 53</i>	Super. 23.
<i>Adae</i> <i>my 53</i> Armorica,	Super mare.
Avanc,	Castor, animal.
Avon, <i>Avon dhy fhm 26</i>	Fluvius. 21
Bara, <i>bar gar 52</i>	Panis.
Bath, <i>Badon Bar Badra</i>	Forma. 46
Bryn, <i>Bry carry 14</i>	Mons, vel collis. 46 <i>Bryns</i>
Caer, <i>Caerwalde mact d'gno</i>	Civitas. 16
Cain,	Candidum.
Cariad, <i>Cariad foma 45</i>	Amor.
Dha, 53.	Boni, substant.
Dinas, 44 <i>Difomra 55</i>	Palatium.
Duvv,	Deus. 23-
Duver, Deur, & Dur,	Aqua. 23 <i>20. 23</i>
Dyphryn,	Vallis.
Fa, <i>de veni de xtra 52</i>	Locus. 15
Fy,	Meum.
Flynt,	Silex.
Glas,	Caruleus.
Glau, <i>qual vally 40</i>	Pluvia. 46.
Gruc,	Cumulus. 14
Gur,	Vir.

Gvvadh;

Gvvadh,	Patria. <i>9 vent alba 23.</i> ⁷⁹
Gvvydh, <i>slaly. lath 20</i>	Perpicuus. 14
I, <i>Lydaw. Dicus</i>	Eius. <i>Lchon boni 20-</i>
Lhan, <i>Llanon - lano</i>	Fanum. 19 <i>Lgh may 22</i>
Lyfyr, <i>Lan fany - 29</i>	Liber, substant. <i>Lgh may 58</i>
Mam, <i>Moglodonus foma</i>	Mater.
March, 45	Equus. <i>Mozmanu man moky</i>
Maur, <i>Nant vally 16</i>	Magnum. <i>my ny L man, 42</i>
O,	Ex.
Pen, <i>Pen d'ingued sany</i>	Caput. 24
Prydh, <i>Pen d'ingued sany</i>	Forma, vel pulchritudo
Rhyd,	Vadum. 20
Rhufain, <i>Rafan lallomace</i>	Roma.
Tair, 45 <i>inait d'rat 56</i>	Tres, foem.
Tri, 45 <i>substant. trivalent 57</i>	Tres, mascul.
Than,	Ignis.
Tre, <i>Tren fenty 45</i>	Vrbs.
Tariam, <i>Tamefy 21</i>	Scutum.
Ynys,	Insula.
Ynad, 46	Iudex secundum à Rege obtinens locum.
Yfcar, <i>Lini moky 55</i>	Separare.
Yfcaradic,	Separati, verb. 46
<i>Wean almy - 23</i>	<i>Merlin moky. m. nosse 54</i>
<i>W Sarot Brygan - 46</i>	I N I S.
<i>W yany 46.</i>	